in hoc mundo corruptibili et mutabili. Hanc enim appellat vanitatem, cui servire jussu Dei coacti sunt, etsi nolentes, ut ex his verbis cognoscimus, *non volens*: quia de rationabilibus loquitur, et hæc illis posita lex est. Esto quispiam quæstionem movens: Et quomodo iterum servient, cum jam omnia moveant? Respondet ille: Etiam, quantum ad peccatum Adami, cujus causa morti damnatus est, ultra servire, et pro nobis ultra laborare non sustinuerunt. Verum hoc dico, ait, propter eum qui subiecit eos in spe: quoniam spem aliquam indidit illis Deus, quod elapso tempore id utile futurum esset hominibus; ideo subjecti sunt et serviunt, libertatem suam exspectantes, quo tempore homines a morte, a corruptione et ab hisce vanis negotiis liberabuntur, atque ipsi spem illam Dei et gloriam sibi paratam accipient. Ideo intulit: *Quoniam et ipsa creatura liberabitur a servitute in libertatem gloriæ filiorum Dei*⁸¹; iterumque alibi ait: *Nonne omnes sunt administratorii spiritus, in ministerium missi propter eos qui hæreditatem accepturi sunt salutis*⁸²? omnes una dicens ad ministerium hominum destinatos, utpote qui cum ipsis hoc in loco existant; ac rursum: *Ut innotescat nunc principatibus in cælestibus per Ecclesiam multiformis sapientia Dei*⁸³. Iterumque perspicue non modo illos hic significavit; sed etiam eruditos fuisse dicit ex iis quæ circa hominem dispensata fuerant. Nam cum ait, *per Ecclesiam*, haud dubie, *per homines* significat.

μανεν, ἀλλὰ καὶ παιδευομένους εἶπεν ἐκ τῶν κατὰ τῆς Ἐκκλησίας, διὰ τῶν ἀνθρώπων προδήλως ἐσήμανεν.

Rursum in veteri testamento patriarcha Jacob vidit scalam a terra usque in cælum, in cuius cacumine Deum stantem, angelos autem in ea ascendentes et descendentes; ascendentes primum, deinde vero descendentes ostendit. Postea vero idem ipse multitudinem angelorum vidi, quam castra vocavit. Moyses similiter duos tantum cælos conditos memoravit, nempe illud quod in principio cum terra factum est, et secundum secunda die conditum, quod firmamentum appellat. Ipseque pariter de Agar, de Abraham, de Lot et de Jacobo loquens, alios angelos ipsis hoc in loco ministrantes enarrat. In magno autem cantico ait: *Lætamini, cæli, cum ipso, et adorent eum omnes angeli Dei*⁸⁴; ubi post cælos, angelos recenset hoc in loco versantes; quare addidit, *Lætamini, gentes, cum populo ejus*: ubi rursum eos qui hoc in loco degunt memorat. Itemque David Moysis scopo insistens, ut qui post Moysen propheta fuerit, quæ in cælis **288** et quæ in terra sunt dividens, ita loquitur: *Laudate Dominum de cælis, laudate eum in excelsis. Laudate eum, omnes angeli ejus, laudate eum, omnes virtutes ejus*⁸⁵: congruenter a firmamento et excelso orsus, atque ad inferiora progressus, deinde omnes angelos memorat, quos item virtutes vocat.

ἐπήγαγε καὶ φησὶ· Τῇ γὰρ μταιότητι ἡ κτίσις ὑπετάγη οὐχ ἐκούσα, ἵνα εἶπῃ, ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ τῷ φθαρτῷ καὶ τρεπτῷ. Ταύτην γὰρ καλεῖ ματαιότητα, ἣ ἐκελεύσθησαν καθ' ὑποταγὴν τοῦ Θεοῦ δουλεύειν καὶ ἄκοντες· Ἐντεῦθεν γινώσκομεν διὰ τὸ, οὐχ ἐκούσα, ὅτι περὶ λογικῶν λέγει, καὶ νόμος ἐστὶν αὐτοῖς οὗτος. Ἔστω, φησὶν, ὁ ἀπορῶν· Καὶ πῶς πάλιν δουλεύ[σ]ουσι, νῦν κινουῦντες πάντα; Ἀποκρίνεται· Ναί, φησὶν, ὅσον μὲν πρὸς τὸ ἀμάρτημα τοῦ Ἀδάμου, διὰ τὸ καταδικασθῆναι αὐτὸν θανάτῳ, οὐχ ἠνεύχοντο ἔτι δουλεύειν καὶ πονεῖν ὑπὲρ ἡμῶν ματαίως. Ἀλλὰ, φησὶ, διὰ τὸν ὑποτάξαντα ἐπ' ἐλπίδι τοῦτο λέγω· ὅτι ἐλπίδα τινὰ δέδωκεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς ἕσσεσθαι τι χρήσιμον μετὰ χρόνον τοῖς ἀνθρώποις· καὶ διὰ τοῦτο ὑπετάγησαν καὶ δουλεύουσιν, ἐκδεχόμενοι τὴν ἑαυτῶν ἐλευθερίαν· ὅταν καὶ οἱ ἄνθρωποι ἐλευθερῶνται τοῦ θανάτου καὶ τῆς φθορᾶς καὶ τῶν ματαίων τούτων, καὶ ἀπολήψωνται τὴν ἐλπίδα τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν δόξαν τὴν αὐτοῖς ἀποκειμένην. Διὰ τοῦτο ἐπήνεγκεν Ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις ἐλευθερωθήσεται ἀπὸ τῆς δουλείας εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης τῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ· καὶ πάλιν ἐτέρωθι φησὶν· Οὐχὶ πάντες εἰσὶ λειτουργικὰ πνεύματα, εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν; πάντας ὁμοῦ εἰπὼν εἰς διακονίαν τεταγμένους τῶν ἀνθρώπων, ὡς ἅμα αὐτοῖς ἦντας εἰς τὸν χῶρον τοῦτον· καὶ πάλιν, Ἴνα γνωρισθῇ νῦν ταῖς ἀρχαῖς καὶ ταῖς ἐξουσίαις ἐν τοῖς ἐπουρανίοις διὰ τῆς Ἐκκλησίας ἡ πολυποικίλος τοῦ Θεοῦ σοφία.

φα. Σαφῶς πάλιν, οὐ μόνον αὐτοὺς ἐνταῦθα ἐσημα-
C
νεν. Τὸ γὰρ εἰπεῖν, διὰ τῶν ἀνθρωπίνων οἰκονομουμένων.

Εἶτα πάλιν καὶ ἐν τῇ Παλαιᾷ ὁ πατριάρχης Ἰακώβ ἐθεώρησεν ἀπὸ τῆς γῆς ἕως τοῦ οὐρανοῦ κλίμακα. Ταύτης δὲ ἐπὶ κορυφῆς ἐστῶτα τὸν Θεὸν καὶ τοὺς ἀγγέλους ἀναβαίνοντας καὶ καταβαίνοντας ἐπ' αὐτῆς· ἀναβαίνοντας πρότερον ἔδειξε, καὶ οὕτω καταβαίνοντας. Εἶτα πάλιν ὁ αὐτὸς ἐθεώρησε πλῆθος ἀγγέλων, οὓς καὶ παρεμβολὴν ἐκάλεσεν. Ὁμοίως Μωϋσῆς δύο μὲν οὐρανῶν ἐμνημόνευσε μόνων γενομένων· λέγω δὲ τοῦ ἐν ἀρχῇ σὺν τῇ γῆ γενομένου, καὶ τοῦ β' τοῦ ἐν τῇ β' ἡμέρᾳ γεγονότος, ὃν καὶ στερέωμα καλεῖ. Ὁμοίως δὲ καὶ αὐτὸς πολλάκις καὶ τῇ Ἄγαρ, καὶ τῷ Ἀβραάμ, καὶ τῷ Λῶτ, καὶ αὐτῷ τῷ Ἰακώβ, καὶ ἐτέροις ἀγγέλοις διακονησαμένους λέγει ἐν τῷ χώρῳ τούτῳ. Καὶ ἐν τῇ μεγάλῃ δὲ ἡδὴ οὕτως φησὶν·
D
Εὐφράνθητε, οὐρανοί; ἅμιν αὐτῷ, καὶ προσκυνήσατέωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεοῦ· μετὰ τοὺς οὐρανοὺς εἰπὼν τοὺς ἀγγέλους ἐν τῷ χώρῳ τούτῳ· ὅθεν ἐπισυνῆψεν, Εὐφράνθητε, ἔθνη, μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, πάλιν τοὺς ἐν τῷ χώρῳ εἰπὼν· ὁμοίως καὶ ὁ Δαυὶδ τῷ σκοπῷ Μωϋσεως ἀκολουθῶν, καὶ αὐτὸς μετὰ τὸν Μωσέα γενόμενος προφήτης, διαιρῶν τὰ τε ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, οὕτω φησὶν. Αἰνεῖτε τὸν Κύριον ἐκ τῶν οὐρανῶν, αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν τοῖς ὑψίστοις. Αἰνεῖτε αὐτὸν, πάντες οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ· αἰνεῖτε αὐτὸν, πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτοῦ·

⁸¹ Rom. viii, 21. ⁸² Hebr. i, 14. ⁸³ Ephes. iii, 10. ⁸⁴ Deut. xxxii, 43. ⁸⁵ Psal. cxlviii, 1, 2.

ἀκολουθῶς ἀπὸ τοῦ στερεώματος καὶ τοῦ ὕψους ἀρξά-
μενος, καὶ προϊὼν ἐπὶ τὰ κάτω, εἶπε πάντας τοὺς
ἀγγέλους, τοὺς αὐτοὺς εἰπὼν καὶ δυνάμεις. Λοιπὸν
πάλιν τὰ ἅμα αὐτοῖς λέγει· *Αἰνεῖτε αὐτὸν, ἥλιος
καὶ σελήνη· αἰνεῖτε αὐτὸν, πάντα τὰ ἄστρα καὶ τὸ
φῶς.* Ἐκ τούτου ἀνατρέχει εἰς τὸν ἀνώτερον χῶρον,
καὶ φησιν· *Αἰνεῖτε αὐτὸν, οἱ οὐρανοὶ τῶν οὐρανῶν·*
ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν, ὁ οὐρανὸς τοῦ οὐρανοῦ. Οὐρανὸν
οὐρανοῦ καλέσας τὸν πρῶτον, ὃς οὐρανὸς ἐστὶ τούτου
τοῦ ὀρωμένου στερεώματος. Εἶτά φησι, *Καὶ τὸ ὕδωρ*
Διαβρήθην νῦν τὰ ἐπάνω εἰρηκῶς, εὐδελὸς ἐστὶν εἰδῶς

Εἶτα πάντα εἰπὼν τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς αἰνεῖν τὸν
Θεόν, τὴν αἰτίαν ἐπιφέρει, δι' ἣν αὐτὸν ὤφειλον
ὑμνεῖν, καὶ φησιν· *Ὅτι αὐτὸς εἶπε, καὶ ἐποιήθησαν·*
αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν. **B** *Ἔστησεν αὐτὰ*
εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· πρόσ-
ταγμα ἔθετο, καὶ οὐ παρελεύσεται. Εἶτα λοιπὸν μετ-
έρχεται καὶ περὶ τὴν γῆν, καὶ λέγει πάντα τὰ ἐν τῷ
ἀέρι καὶ τοῖς ὕδασι καὶ ἐν τῇ γῆ διακτινόμενα, ἐν ᾗ καὶ
τὸν ἄνθρωπον ἔταξε· καὶ πάλιν ἐγκυλιεύεται λέγων·
Αἰνεσάτωσαν τὸ ὄνομα Κυρίου, δι' ἣν αἰτίαν φησιν,
ὅτι ὑψώθη τὸ ὄνομα αὐτοῦ μόνου. Λοιπὸν τὰ πάντα
συνάπτει λέγων, *Ἡ ἐξομολόγησις αὐτοῦ ἐπὶ γῆς*
καὶ οὐρανοῦ, ἅμα δηλώσας ὡς ὅτι καὶ ἐσωθεν γῆς
καὶ οὐρανοῦ εἰσι πάντα. Ὁμοίως καὶ αὐτὸς ἐν τῷ
Μωϋσῆ εἰρηκῶς ἔφησεν· *Ἐν γὰρ ἕξ ἡμέραις ἐποίη-*
σεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ πάντα
τὰ ἐν αὐτοῖς. Ἐτι φανερώτερον δηλώσας πάντας
τοὺς ἀγγέλους ἐσωθεν ὄντας οὐρανοῦ καὶ γῆς, καὶ
περιγραφόμενους ὑπ' αὐτῶν. Ἐτι πάλιν ἐν ἑτέρῳ **C**
λέγει ὁ Δαυὶδ· *Ἐκτείνων τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ δέρβην,*
ὁ στεγάζων ἐν ὕδασι τὰ ὑπερῶα αὐτοῦ· σαφῶς περὶ
τοῦ στερεώματος εἰπὼν, ὡς ἐν τάξει στέγης ἡμῶν
ὑπάρχοντος, ἐν ᾗ εἰσιν ἐπὶ νώτου τὰ ὕδατα. Δέρβεις
γὰρ κυρίως καλοῦνται τὰ ἀνωθεν σκέποντα τὴν σχη-
νὴν, εἴτε ἱμάτια εἶεν, εἴτε ἀπὸ τριχῶν. Εἶτα ἐπι-
συνάπτει καὶ φησιν· *Θεὸς νέφη τὴν ἐπίβασιν αὐ-*
τοῦ, ὁ περιπατῶν ἐπὶ πτερύγων ἀνέμων, ὁ ποιῶν
τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λει-
τουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα. Πάλιν ἀπὸ τοῦ στε-
ρεώματος ἐπὶ τὰ κάτω νεφῶν καὶ ἀνέμων μνημονεύ-
σας, ἐπήγαγεν ὁμοῦ εἶναι καὶ τοὺς ἀγγέλους, τοὺς
αὐτοὺς καὶ λειτουργοὺς καλέσας. Καὶ ταῦτα μὲν ὁ
Δαυὶδ. Μετέλθωμεν δὲ καὶ ἐπὶ τὸν μεγαλοφύεστατον
Δανιὴλ τὸν προφήτην. Τί φησιν ἐκ προσώπου τοῦ **D**
ὕμνου τῶν τριῶν παιδῶν; *Εὐλογεῖτε, πάντα τὰ ἔργα*
Κυρίου, τὸν Κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐ-
τὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. *Εὐλογεῖτε, οὐρανοὶ, τὸν Κύ-*
ριον. Καὶ αὐτὸς μετὰ τοὺς οὐρανοὺς τῶν ἀγγέλων
μνημονεύσας, μὴ καταλίπων δὲ ἀμνημόνευτα καὶ τὰ
ἐπάνω τοῦ οὐρανοῦ ὄντα ὕδατα· τῇ ἀκολουθείᾳ πάλιν
χρησάμενος, ἀνέλαβε τὸν λόγον, καὶ ἐκ τῶν ὑποκάτω-
θεν δευτερώσας τοὺς ἀγγέλους, δυνάμεις αὐτοὺς
ἐξεῖπεν, ἐν οἷς ἐπισυνῆψεν ἥλιον καὶ σελήνην, καὶ
ἄστρα, καὶ θμβροὺς, καὶ δρόσους, καὶ ἀνέμους, καὶ
πῦρ καὶ ψύχος, καὶ καῦμα, καὶ νεφέλας, καὶ νεφε-

A Deinceps autem quæ una cum illis sunt recenset :
*Laudate eum, sol et luna, laudate eum, omnes stellæ
et lumen* ⁸⁶. Hinc vero ad superiorem locum recurrit
et ait : *Laudate eum, cæli cælorum* ; ac si diceret ,
cælum cæli. Cælum cæli vocans primum illud, quod
hujus visibilis firmamenti cælum est. Deinde ait .
Et aqua quæ super cælos est ; nempe, *super cælum*.
Cum autem jam superiora clare memoret , palam
est eum prima inferiora esse cognoscere.

τὸ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν· ἵνα εἴπη, τοῦ οὐρανοῦ,
τὰ πρότερα ὑποκάτω.

Postquam vero omnia quæ in cælis sunt, Deum
laudare jusserat, causam affert cur illum hymnis
celebrare debeant, his verbis : *Quoniam ipse dixit,*
B *et facta sunt : ipse mandavit et creata sunt. Statuit*
ea in æternum et in sæculum sæculi : præceptum po-
suit, et non præteribit ⁸⁷. Hinc, rursum ad omnia
terrena progreditur, ac recenset omnia quæ in aere,
in aquis, in terra, in qua et hominem constituit,
versantur. Rursumque ita præcipit : *Laudent nomen*
Domini ; qua vero de causa adjicit : *Quia exaltatum*
est nomen ejus solius. Demum omnia copulat dicens,
Confessio ejus super terram et cælum ⁸⁸ ; una decla-
rans omnia intra cælum et terram esse. Similiter
et ipse in Moyse dixit : *Sex enim diebus fecit Deus*
cælum et terram, et omnia quæ in eis sunt ⁸⁹ ; aper-
tius declarans omnes angelos intra cælum et terram
esse, et ab iis circumscribi. Item alibi inquit David :
Extendens cælum sicut pellem, qui tegit aquis supe-
riora ejus ⁹⁰ ; firmamentum palam dicens, tecti loco
nobis esse, in cujus dorso sint aquæ. Nam pelles
proprie vocantur ea quæ superne tabernaculum
contegunt, sive vestimenta, sive ex pilis confecta
fuerint. Deinde vero subdit : *Qui ponit nubes ascen-*
sum suum, qui ambulat super pennas ventorum, qui
facit angelos suos spiritus, et ministros suos flam-
mam ignis ⁹¹. Iterumque cum a firmamento ad nubes
et ventos usque recensuisset, pariter subdit angeles
esse, quos et ministros vocat. Et hæc quidem Da-
vid. Jam ad maximum illum Danielelem prophetam
transeamus. Quid vero ait in hymno ex persona
trium puerorum ? *Benedicite, omnia opera Domini,*
Domino, laudate et superexultate eum in sæcula.
Benedicite, cæli, Domino ⁹². Ipse quoque post cælos
angelos memorans, nec aquas quæ super cælos sunt
intactas relinquens : eademque postea serie usus,
sermonem resumpsit ; et ab infimis procedens an-
gelos, **289** quos virtutes vocat, secundo recensuit ;
quibus subdidit solem, lunam, stellæ, imbres, ro-
res, ventos, ignem, frigus et æstum, nubes, nives,
fulgura et omnia quæ in aere, in aquis, in terra
sunt : ac Davidem Moysenque secutus, demum et
ipse hominem memorat, propter quem omnia priora
condita sunt. Etenim cum homo sit ceu vinculum
sive pignus amoris universi mundi, secundum quam-
dam rationem et proportionem supradicta omnia

⁸⁶ Psal. cxlviii, 3. ⁸⁷ ibid. 5, 6. ⁸⁸ ibid. 12, 15. ⁸⁹ Exod. xx, 41. ⁹⁰ Psal. ciii, 3. ⁹¹ ibid. 4.

⁹² Dan. iii, 57, 58.

necessario complectitur. E re quippe ab exteris A
homo parvus mundus esse dicitur.

Μωϋσῆ ὑπερον καὶ αὐτὸς τὰ περὶ τὸν ἄνθρωπον εἶρηκε, δι' ὃν τὰ πρότερα πάντα γεγονῆσθαι. Σύνδεσμος ὁ ἄνθρωπος, ἐξ ἀνάγκης πάντα τὰ προειρημμένα περι- ἔχει κατὰ τινὰ ἀναλογίαν. Εὖ γὰρ εἶρηται παρὰ τοῖς

Omnes itaque deiferi homines cum prophetæ, tum apostoli, qui sanctissima vita exornati fuerunt, ac sexcentis se pro pietate cruciatibus et mortibus deliderunt: quibus, ut scriptum est, dignus non erat mundus⁹³: qui insuper innumera miracula, quæ exprimi nequeant, variasque virtutes ediderunt, atque a Deo idonei effecti sunt, ut terram edocerent, commonefacerent et circumirent, omnesque gentes ad pietatem pellicerent; de his tantum duobus statibus verba fecerunt, neque aliam memorarunt: atque una omnes hunc locum angelorum et hominum esse dixerunt: ac supernum quoque locum, angelorum item et hominum, post resurrectionem ex mortuis, fore pronuntiarunt. Quam ergo defensionis ansam habent fucati illi Christiani, qui his omnibus fidem negant, ac cælos solvandos esse dicunt: in quibus firma, immobilis et indissolubilis spes illa nostra consistit, quæ nobis a Deo reposita est, de qua clamat Paulus: Quæ oculus non vidit, nec auris audivit, et in cor hominis non ascenderunt, quæ præparavit Deus diligentibus se⁹⁴; ac rursum: Non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis⁹⁵; iterum similiter: Nam momentaneum et leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate, æternum gloriæ pondus operatur in nobis: non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur; quæ enim videntur, temporalia sunt: quæ autem non videntur, æterna⁹⁶; hoc dicens: Si ad trutinam hujus mundi tribulationes, cum futuri sæculi bonis appenderis et comparaveris, hæc supra modum gloria superabunt, et graviora erunt levitate et futilitate temporalium mundi tribulationum, quæ supra modum breves, statim de medio tolluntur. Nam, inquit, hæc quæ videntur, id est, res hujus mundi, temporaria sunt; quæ autem non videntur, id est, quæ superni et cælestis loci sive mundi sunt, æterna existunt. Jam restat ut ex catholicis epistolis hæc de re testimonia proferamus. Ibi quoque dicitur: In quæ desiderant angeli prospicere⁹⁷; **290** ac si dicat: Illi etiam reposita nobis in cælis bona nondum sunt consecuti; imo vero necdum ipsa videre conceduntur. Nam simile illud est huic Apostoli dicto: Quoniam omnis creatura ingemiscit et parturit usque adhuc⁹⁸; id est, etiam angeli gravantur ex mutatione illa, cum omni creatura ingemiscentes, liberationem expetentes. Qui sperari ergo potest ut cæli solvantur, et alii novi inducantur? Etenim supra dicta omnia falsa demonstrantur, quia et parati et indissolubiles sunt, et quo Christus ingressus est, eo nos item ingrediemur. Verum illusiones et

τὸς, καὶ ἀστραπῆς, καὶ πάντα τὰ περὶ τὸν ἀέρα καὶ τὰ ὕδατα καὶ τὴν γῆν· ἐπόμενος τῷ τε Δαυτὸ καὶ τῷ εἶρηκε, δι' ὃν τὰ πρότερα πάντα γεγονῆσθαι. Σύνδεσμος ὁ ἄνθρωπος, ἐξ ἀνάγκης πάντα τὰ προειρημμένα περι- ἔξω μικρὸς κόσμος ὁ ἄνθρωπος.

Πάντες τοίνυν οἱ θεοφόροι ἄνθρωποι προφῆται τε καὶ ἀπόστολοι, σεμνοτάτῳ βίῳ κατακεκοσμημένοι, καὶ παραδεδωκότες ἑαυτοὺς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας μυρίοις παθήμασι καὶ θανάτοις, καθὰ γέγραπται: Ὅν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος· ἔτι δὲ καὶ παράδοξα πάμπλλα λόγῳ μὴ ὑποβαλλόμενα, καὶ δυνάμεις ποικίλας ἐργασάμενοι, καὶ παρὰ Θεοῦ ἱκανοὶ γενόμενοι εἰς τὸ διδάξαι καὶ πείσαι καὶ περινοστήσαι τὴν ὑπ' οὐρανὸν, καὶ ἐλκύσαι πάντα τὰ ἔθνη εἰς τὴν εὐσέβειαν, περὶ τῶν τοιούτων δύο καταστάσεων εἶρηκασιν, ἐτέρας μὴ μνημονεύσαντες· καὶ πάντες ὁμοῦ τὸν χῶρον τοῦτον ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων ἐξεῖπον, καὶ τὸν ἀνώτερον χῶρον ὁμοίως καὶ ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν ἀπεσφῆναντο. Ποῖαν οὖν ἀπολογίαν ἔχουσιν οἱ πεπλασμένοι Χριστιανοί, οἱ τοῦτοις πᾶσιν ἀπιστοῦντες, καταλύεσθαι λέγοντες τοὺς οὐρανοὺς, ἐν οἷς ἡ βεβαία καὶ μόνιμος καὶ ἀκατάλυτος ἡμῶν ἐλπίς τυγχάνει, ἡ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἡμῖν ἀποκειμένη; περὶ τῆς βροχῆ ὁ Παῦλος· Ἄδραθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὐδ' οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἠτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν· καὶ πάλιν, Οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς· ὁμοίως πάλιν, Τὸ γὰρ παραντίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως ἡμῶν, καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν, αἰώνιον βᾶρος δόξης, κατεργάζεται ἡμῖν· μὴ σκοποῦντων ἡμῶν τὰ βλεπόμενα, ἀλλὰ τὰ μὴ βλεπόμενα. Τὰ γὰρ βλεπόμενα, πρόσκαιρα· τὰ δὲ μὴ βλεπόμενα, αἰώνια. Τοῦτο λέγων, ὅτι Ἐάν ἀντιταλαντεύσης ζυγῷ τὰς θλίψεις τοῦ κόσμου τούτου, καὶ τὰ ἀγαθὰ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, εὐρεθήσονται καθ' ὑπερβολὴν βαροῦντα τῇ δόξῃ τὴν ἐλαφρότητα καὶ κουφότητα τῶν εἰς ὑπερβολὴν προσκαίρων καὶ παρ' αὐτὰ ἐξαφανιζομένων θλίψεων τούτου τοῦ κόσμου. Ταῦτα γὰρ, φησὶ, τὰ βλεπόμενα, τουτέστι, τὰ τοῦ κόσμου τούτου, πρόσκαιρά εἰσι· τὰ δὲ μὴ βλεπόμενα, τουτέστι, τοῦ ἀνωτέρου καὶ οὐρανοῦ χώρου, ἦτοι κόσμου, αἰώνια τυγχάνουσιν. Ἦδη δεῖ καὶ ἐκ τῶν Καθολικῶν παραγαγεῖν μαρτυρίαν περὶ τούτου. Κάκει λέλεχται· Εἰς ἃ ἐπιθυμοῦσιν ἄγγελοι παρακύψαι· ἵνα εἴπῃ· Οὕτω καὶ αὐτοὶ τετυγήκασιν τῶν ἀποκειμένων ἡμῖν ἐν τῷ οὐρανῷ ἀγαθῶν, ἀλλ' οὔτε ἰδεῖν αὐτὰ καὶ αὐτοὶ νῦν ἀξιοῦνται. Ὁμοίον γὰρ ἐστὶ καὶ τοῦτο τῷ τοῦ Ἀποστόλου ῥητῷ τῷ λέγοντι· Ὅτι πᾶσα ἡ κτίσις συστενάζει καὶ συνωδίνει ἄχρι τοῦ νῦν· ὡσανεὶ, Βαρύνονται καὶ οἱ ἄγγελοι τῇ τροπῇ, στενάζοντες μετὰ πάσης τῆς κτίσεως, ἐλευθερίας ἱμειρόμενοι. Πῶς οὖν οἶόν τε ἐλπίζειν τοὺς οὐρανοὺς καταλύεσθαι, καὶ ἐτέρους καινοὺς εἰσάγεσθαι; Ψευδῆ γὰρ δείκνυνται πάντα τὰ προλεχθέντα, ὅτι καὶ ἠτοιμασμένοι εἰσὶ καὶ ἀκατάλυτοι, καὶ ὅπου εἰσῆλθε Χριστὸς, εἰσερχόμεθα. Ἀλλὰ φενακισμὸς τις

⁹³ Hebr. xi, 38. ⁹⁴ I Cor. ii, 9. ⁹⁵ Rom. viii, 18. ⁹⁶ Rom. vii, 22.

⁹⁷ II Cor. iv, 18, 19. ⁹⁸ I Petr. i, 12. ⁹⁹ Rom.

καὶ ἀπάτη εἰς πάντα τὰ γραφόμενα ἐν τῇ θείᾳ A
Γραφῇ, κατὰ τὸν μῦθον τῶν ἐπιπλάττων Χριστιανῶν· ἄλλως τε οὐ καὶ καταλυομένων, ὡς φασί, τῶν οὐρανῶν, καὶ ἐτέρων ἀντισταγομένων, ἀνάγκη καταλύεσθαι καὶ τὸν ἐν αὐτοῖς ὄντα Χριστὸν, καὶ ἕτερον Χριστὸν καινὸν εἰσάγεσθαι σὺν τοῖς ἐτέροις καινοῖς οὐρανοῖς, εἰ ἄρα σὺν τῷ Χριστῷ δεῖ ἡμᾶς εἶναι. Ἄλλ' ἀπαγε τῆς ἀτοπίας! εἰς κεφαλὴν αὐτῶν τράποιτο ἡ δυσφημία! Ἡμῶν γάρ, φησὶν ὁ Ἀπόστολος, τὸ πολιτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει· ἐξ οὗ καὶ Σωτήρι ἀπεκδεχόμεθα Κύριον Ἰησοῦν· ἕνα εἶπη· Ἐκαίνοὺς λέγω τοὺς οὐρανοὺς, ἐξ ὧν καὶ προτιδοκῶμεν τὸν Κύριον ἐλευθεσθαι ἡμετασχηματίζοντα ἡμᾶς ἀπὸ φθορᾶς εἰς ἀφθαρσίαν, καὶ ἀναφέροντα ἡμᾶς ἐνθα καὶ πρὸ ἡμῶν αὐτὸς εἰσελήλυθε. Τοῦτο γὰρ καὶ ἐν ἐτέρῳ λέγει, πρόδρομον ὑπὲρ ἡμῶν αὐτὸν εἰσελθόντα.

Ἐπειδὴ οὖν τινες παραφθοεῖροντες τὴν ἔννοιαν τῶν θείων Γραφῶν, παρερμηγεύουσι τὸ εἰρημένον παρὰ τοῦ Κυρίου, λέγω δὲ· Ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται, οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσιν· ἀγνοοῦντες ὅτι καθ' ὑπερβολὴν εἴρηται· ἡμεῖς αὐτοῖς τὴν ἔννοιαν ἐρμηγεύομεν· λέγει γάρ· Ἐνδεχόμενόν ἐστι τούτους μὲν καταλύεσθαι, τοὺς δὲ λόγους μου, οὐδέποτε· καὶ πάλιν τὸ εἰρημένον τῷ Δαυὶδ· Σὺ κατ' ἀρχάς, Κύριε, τὴν γῆν ἐθεμελίωσας, καὶ ἔργα τῶν χειρῶν σου εἰσιν οἱ οὐρανοί· αὐτοὶ ἀπολοῦνται, σὺ δὲ διαμενεῖς· μὴ νοοῦντες ὅτι καὶ ἐν ταῦθα κατὰ ἀντιδιαστολὴν τοῦ ἀγενήτου Θεοῦ, τὰ γενητὰ ἀπολλύμενα ἐκάλεσεν, ὡς μὴ πρότερον ὄντα, ὕστερον δὲ γενόμενα· καὶ εἰβούλοιο, τὸ ἀγένητον, ὡσπερ μὴ ὄντα αὐτὰ παρήγαγε, πάλιν, καὶ ὄντα C
δύναται ἀπολέσαι. Τὸ γὰρ ἀγένητον ὑπ' οὐδενὸς γενόμενον, καὶ ὑπ' οὐδενὸς ἀπόλλυται· τὸ δὲ γενητὸν, καὶ ἀπολέσθαι δύναται, τοῦ ποιήσαντος μάλιστα βουλομένου. Ὁμοίως καὶ ἐν ταῖς Καθολικαῖς τὸ εἰρημένον, Ἐν ᾗ οὐρανοὶ πυρούμενοι λυθήσονται, καὶ στοιχεῖα καυσούμενα τήκεται. Καινοὺς δὲ οὐρανοὺς καὶ καινὴν γῆν, καὶ τὰ ἐπαγγέλματα αὐτοῦ ἀμαθῶς ἐκλαμβάνοντες, μὴ συνιέντες τὸ λεγόμενον· ἀλλ' αὐτόχρημα τούτους μὲν καταλύεσθαι λέγουσιν, ἐτέρους δὲ καινοὺς εἰσάγεσθαι· ὑπὲρ ἐναντίον ἐστὶ πάσης τῆς θείας Γραφῆς. Εἰ γὰρ οὗτοι οἱ οὐρανοὶ ἐνθα νῦν ὁ Χριστὸς ἀνελήλυθεν, ἀναστὰς ἀπὸ τῶν νεκρῶν, ἀφθαρτος τῷ σώματι καὶ ἀτρέπτους κατὰ ψυχὴν γενόμενος, ἐν οἷς μέλλομεν καὶ ἡμεῖς εἰσιέναι ἀνιστάμενοι ἀπὸ νεκρῶν, καὶ ταύτην ἀκατάλυτον ἐλπίδα καὶ ζωὴν καλεῖ ἡ θεία Γραφή· πῶς οἶόν τέ ἐστι τούτους μὲν τοὺς οὐρανοὺς καταλύεσθαι, καὶ ἐτέρους καινοὺς εἰσάγεσθαι; Εἰ γὰρ οἰκητήριόν ἐστι καὶ νῦν ἀφθάρτων καὶ ἀθανάτων καὶ ἀτρέπτων ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς χώρος, πῶς καὶ ἡμᾶς οὐ θέξεται ἀνισταμένους ἀφθάρτους καὶ ἀθανάτους καὶ ἀτρέπτους γινομένους; Ἀπαγε τῆς τοιαύτης ματίας! Οὐ γὰρ μετα[με]μέληται ὁ Θεὸς ἐφ' οἷς πεποίηκε, τούτους μὲν ἀπολύων, ἐτέρους δὲ εἰσάγων. Ἀλλὰ καὶ πᾶσαν τὴν κτίσιν ἐπὶ τὴν κρεῖττον ἀνακαινίσαι, καθὰ πλάξαις εἰρήκαμεν. Εἰ γὰρ ὁ ἄνθρωπος, ὁ σύνδεσμος ὧν πάσης τῆς κτίσεως, ἀνακαινίσεται, κατὰ τὸ σῶμα ἀφθαρτος καὶ

A fallaciae sunt quotquot in divina Scriptura exstant, secundum fabulas laryatorum Christianorum; et alioquin caelis, ut illi aiunt, solutis, aliisque eorum loco inductis, necesse quoque est solvi Christum in illis versantem, aliumque novum Christum cum illis novis caelis induci, si utique cum Christo nos esse oporteat. Sed apage ineptias: in caput ipsorum blasphemia retorqueatur. Nam, inquit Apostolus, nostra conversatio in caelis est, ex quo et Salvatorem exspectamus Dominum Jesum⁹⁹; ac si dicat: Illos esse caelos dico ex quibus exspectamus Dominum venturum esse, qui transformabit nos a corruptione in incorruptionem, ac eo deferet nos, quo et ipse ante nos ingressus est. Hoc enim alibi quoque ait, praecursorem pro nobis ipsum ingressum.

B
Quoniam igitur divinarum Scripturarum mentem adulterantes, dictum illud Domini perperam interpretantur: *Caelum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt*¹, ignorantes id per hyperbolen dictum esse; nos propriam illis sententiam interpretabimur: nam id sibi vult, Fieri potest ut illi transeant, verba autem mea nunquam transibunt. Rursusque illud Davidis dictum detorquent: *Tu in initio, Domine, terram fundasti, et opera manuum tuarum sunt caeli: ipsi peribunt, tu autem permanebis*²: non intelligentes eum hic quoque ad comparisonem non facti Dei, creaturas fluxas et pernicii obnoxias dicere, utpote quae, cum non antea essent, postea factae sint: ac si illud non factum voluerit, quemadmodum illa, cum ante non exstissent, condidit, posse item jam existentia destruere. Etenim quod a nullo factum est, a nullo destruitur; quod vero factum est, perire potest; maxime vero si velit is qui condidit. Simile quidpiam in Catholicis Epistolis dicitur: *In qua caeli ardentis solventur, et elementa ignis ardore tabescent*³. Caelos autem novos, terram novam et promissa ejus indocte interpretantur, quod dicitur non intelligentes; sed hos quidem caelos plane solvandos, alios autem novos inducendos esse, aiunt: quod universae divinae Scripturae contrarium est. Nam si in hos caelos, quo jam Christus ascendit postquam a mortuis resurrexerat, corpore incorruptibilis et anima immutabilis effectus, et nos ingressuri sumus postquam ex mortuis resurrexerimus: et si spem hanc atque vitam insolubilem vocat divina Scriptura, qui fieri potest, ut hi quidem caeli dissolvantur, alii autem novi inducantur? Etenim si caelorum locus nunc incorruptibilium, immortalium, et immutabilium habitaculum est; cur nos non suscipiat, quando incorruptibiles, immortales et immutabiles resurgemus? Apage talem amentiam. Non enim Deum poenitet gestorum, ut hos quidem dissolvat, alios inducat. Verum omnem rerum naturam ad meliorem conditionem renovabit, ut plerumque diximus. Si namque homo, omnium creaturarum vinculum, renovatur, secundum corpus incorruptibilis et im-

⁹⁹ Philipp. iii, 20. ¹ Matth. xxiv, 35. ² Psal. ci, 26, 27. ³ II Pet. iii, 12.

mortalis, secundum animam vero immutabilis effectus : annon palam est omnia elementa, quibus constat hominis corpus, et omnia rationabilia, quæ homini secundum animam cognata sunt, renovanda et meliorem in statum revocanda esse? omnia quippe in Christo instauranda esse, ait Apostolus *, sive quæ in cœlis, sive quæ in terra; ac rursum : *Si qua in Christo nova creatura; vetera transierunt, ecce nova facta sunt omnia* † : nova omnia, sive renovationem omnium dicens. Siquidem cum instaurationem dicit et novam creaturam, utroque dicto eam in Christo factam significat. Sicut enim Christus cum secundum carnem resurrexisset a mortuis, non alius Christus erat ab eo qui obierat, sed idem ipse erat, qui mortem sustinuerat; ita tamen ut in resurrectione passionibus et morti superior evaserit : ita et omnis creatura non destructa, sed eadem existens, in meliorem statum transfertur : nam *Statuit ea in æternum et in sæculum sæculi, præceptum posuit et non præteribit*, ait divinum oraculum ‡. Ideo non angelos apprehendit Deus, sed semen Abrahæ, ut scriptum est §. Nam si angelos apprehendisset, rationabilia duntaxat se restauranda fore sperarent, utpote ipsi cognata; jam vero cum semen Abrahæ apprehenderit, id est, corpus et animam rationalem, atque in cœlestem locum induxerit, universæ rerum naturæ salutis spem ante fundavit. Quod igitur in epistolis Catholicis dicitur : *In qua cœli ardentis solventur, et elementa ignis ardore tabescent : novos vero cœlos et novam terram* ¶; hanc habet mentem, quod scilicet cum stridore quasi in ictu oculi, igne quasi in officina fabrilis admoto, mundentur et elementa omnia meliorem in statum mutanda 292 sint; itemque cœli et terra : ipsis videlicet novis effectis, et quoad statum et conversationem immutatis, ut apud Paulum dicitur, *Præterit enim figura hujus mundi* ††; ac si diceret, Præsens conversationis ratio mutabitur, cessante diei noctisque successione, astrorum cursu, itemque aeris motu desinente, aqua et terra fructus suos non gignente; sed alio inducto statu, qui immortalibus et incorruptilibus hominibus et angelis conveniat.

Silentio autem mittimus Catholicas epistolas jam inde a priscis temporibus inter dubias ab Ecclesia reponi. Certe nemo ex iis, qui in divinas Scripturas commentaria ediderunt, Catholicarum Epistolarum aliquam rationem habuit. Quinetiam quotquot librorum, qui in divina Scriptura locum habent, canonem texuerunt, illas inter dubia locarunt; nimirum Irenæus Lugdunensis episcopus, vir illustris et spectatissimæ vitæ, qui haud diu post apostolos vixit; Eusebius Pamphili, Athanasius Alexandrinus episcopus, et Amphilocheus

ἀθάνατος, καὶ κατὰ τὴν ψυχὴν ἀτρέπτος γινόμενος· οὐ δὴλον ὅτι πάντα τὰ στοιχεῖα, ἐξ ὧν καὶ σύγκειται τὸ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πάντα τὰ λογικὰ, συγγενῆ ὄντα καὶ αὐτὰ κατὰ τὴν ψυχὴν τοῦ ἀνθρώπου, ἀνακαινίσονται καὶ εἰς βελτίωσιν ἔρχονται; ἀνακεφαλαίωσασθαι γὰρ τὰ πάντα φησὶν ὁ Ἀπόστολος ἐν τῷ Χριστῷ, τὰ τε ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ πάλιν, *Εἴ τις ἐν τῷ Χριστῷ, καινὴ κτίσις· τὰ ἀρχαῖα παρῆλθον, ἰδοὺ γέγονε καινὰ τὰ πάντα*. Καινὰ λέγων τὰ πάντα, τὴν ἀνακαίνισιν πάντων τῶν ὄντων· ἀνακεφαλαίωσιν γὰρ εἰπὼν καὶ καινὴν κτίσιν, δι' ἑκατέρου τὸ αὐτὸ ἐσήμανεν, ἐν τῷ Χριστῷ ἤδη γενομένην. Ὡς περὶ γὰρ ὁ Χριστὸς κατὰ σὰρκα ἀναστὰς ἀπὸ τῶν νεκρῶν, οὐκ ἄλλος ἦν Χριστὸς παρὰ τὸν τετελευτηκότα, ἀλλ' αὐτὸς ἦν ὁ καὶ τὸν θάνατον ὑπομείνας, ὁμοίως κατὰ τὴν ἀνάστασιν κρείττων γινόμενος παθῶν καὶ θανάτου· οὕτω καὶ πᾶσα ἡ κτίσις, μὴ ἀπολλυμένη, ἀλλ' ἡ αὐτὴ ὑπάρχουσα ἐπὶ τὸ κρείττον μεθίσταται· Ἔστησε γὰρ αὐτὰ εἰς τὸν αἰῶνα καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, πρόσταγμα ἔθετο καὶ οὐ παρελεύσεται, φησὶ τὸ θεῖον λόγιον. Διὰ τοῦτο οὐκ ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται ὁ Θεὸς, ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραάμ, καθὼς γέγραπται. Εἰ γὰρ ἐπελάβετο ἀγγέλων, τὰ λογικὰ μόνον ἠλπίζον ἀνακαινίζεσθαι· ὡς συγγενῆ αὐτοῦ ὄντα· νυνὶ δὲ σπέρματος Ἀβραάμ ἐπιλαβόμενος, τουτέστι, σώματος καὶ ψυχῆς λογικῆς, καὶ ἀναγαγὼν εἰς τὸν οὐράνιον χῶρον, πάση τῇ κτίσει ἐλπίδα σωτηρίας προκατεβάλλετο. Τὸ οὖν ἐν ταῖς Καθολικαῖς εἰρημένον, *Ἐν ἧ ὀυρανοὶ πυρούμενοι λυθήσονται, καὶ στοιχεῖα καυσούμενα τήκεται· καινοὺς δὲ οὐρανοὺς καὶ καινὴν τὴν γῆν*· τοῦτον ἔχει τὸν νοῦν, ὅτι ροιζηδὸν, ὡς ἐν ριπῇ ὀφθαλμοῦ, ὡς περ ἐν χωνευτηρίῳ πυρούμενοι, καὶ καθαριζόμενοι, τὴν ἐπὶ τὸ κρείττον ἀλλαγὴν ὑπομένουσι τὰ στοιχεῖα πάντα. Καὶ οἱ οὐρανοὶ καὶ ἡ γῆ, καινῶν αὐτῶν τούτων γινομένων καὶ τῇ καταστάσει τῆς πολιτείας ἐναλλαττομένων, ὡς [τὸ] παρὰ τῷ Παύλῳ λεγόμενον, *Παράξει γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου*· ὡσανεὶ, Ἡ νῦν πολιτευομένη κατάστασις, τῆς διαδοχῆς τῆς νυκτὸς καὶ τῆς ἡμέρας παυομένης, καὶ τῶν ἀστρῶν δρόμον μὴ τελούστων, καὶ τοῦ ἀέρος μὴ κινουμένου· μήτε τοῦ ὕδατος μήτε τῆς γῆς φυσούσης καρπούς· ἀλλ' ἐτέρας τινὸς καταστάσεως ἐπεισάγομένης, ἀρμοζούσης ἀθανάτοις καὶ ἀφάρτοις ἀνθρώποις καὶ ἀγγέλοις.

Σιωπῶμεν δὲ ὅτι τὰς Καθολικὰς ἀνέκαθεν ἡ Ἐκκλησία ἀμφιβαλλομένης ἔχει. Καὶ πάντες δὲ οἱ ὑπομνηματίσαντες τὰς θείας Γραφάς, οὔτε εἰς αὐτῶν λόγον ἐποίησατο τῶν Καθολικῶν. Ἀλλὰ καὶ οἱ κανονίσαντες τὰς ἐνδιαθέτους βίβλους τῆς θείας Γραφῆς, πάντες ὡς ἀμφιθόλους αὐτὰς ἔβησαν· λέγω δὲ, Εἰρηναῖος, ὁ Λουγδοῦνων ἐπίσκοπος, ἀνὴρ ἐπίσημος, καὶ λαμπροῦ βίου, μετ' οὐ πολὺ τῶν ἀποστόλων γενομένος· καὶ Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου, καὶ Ἀθανάσιος ὁ Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος, καὶ Ἀμφιλόχιος ἐπίσκοπος γενόμενος τοῦ Ἰκονίου, φίλος καὶ κοινωνικὸς τοῦ

* Ephes. i, 10. † II Cor. v, 17. ‡ Psal. cXLVIII, 6. § Hebr. ii, 16. ¶ I Petr. iii, 12. †† I Cor. vii, 31.

μακαρίου Βασιλείου, καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς πρὸς Σέλευ-
κον αὐτῷ γραφεῖσιν Ἰάμβουσι ἀμφιβαλλομένας αὐτὰς
ἐξεῖπεν ὁμοίως καὶ Σευηριανὸς ὁ Γαβάλων εἰς τὸν
Κυτὰ Ἰουδαίων λόγον αὐτὰς ἀπεκέρυξεν. Οὐ γάρ
τῶν ἀποστόλων φασὶν αὐτὰς οἱ πλείους, ἀλλ' ἑτέρων
τινῶν πρεσβυτέρων ἀφελεστέρων. Ὅθεν ὁ Παμφίλου
εἰς τὴν Ἐκκλησιαστικὴν αὐτοῦ ἱστορίαν λέγει, ὅτι
ἐν Ἐφέσῳ δύο μνήματά εἰσιν· ἐν Ἰωάννου τοῦ εὐ-
αγγελιστοῦ, καὶ ἐν ἑτέρου Ἰωάννου πρεσβυτέρου, τοῦ
γράψαντος τὰς δύο ἐπιστολάς τῶν Καθολικῶν τὴν
δευτέραν καὶ τὴν τρίτην, ἐνθα ἐπιγέγραπται· Ὁ
πρεσβύτερος τῇ Ἐκλεκτῇ κυρίᾳ· καὶ, Ὁ πρεσβύ-
τερος Γαίῳ τῷ ἀγαπητῷ. Εἰ μὴ γὰρ τὴν πρώτην
Πέτρου καὶ τὴν πρώτην Ἰωάννου οὐ λέγει αὐτὸς καὶ
Εἰρηναῖος εἶναι τῶν ἀποστόλων· ἕτεροι δὲ οὔτε αὐ-
τὰς λέγουσιν εἶναι τῶν ἀποστόλων, ἀλλὰ τῶν πρε-
σβυτέρων. Πρώτη γὰρ καὶ δευτέρα καὶ τρίτη Ἰωάν-
νου γέγραπται· ὡς δῆλον ἐνὸς προσώπου εἶναι τὰς
τρεις. Ἔτεροι δὲ καὶ τὴν Ἰακώβου σὺν ταῖς δυοῖ
ταύταις δέχονται· ἕτεροι δὲ πάσας δέχονται· παρὰ
Σύροις δὲ, εἰ μὴ αἱ τρεῖς μόναι αἱ προγεγραμμέναι,
οὐκ εὐρίσκονται· λέγω δὲ, Ἰακώβου καὶ Πέτρου καὶ
Ἰωάννου· αἱ ἄλλαι γὰρ οὔτε κεῖνται παρ' αὐτοῖς. Οὐ
χρὴ οὖν τὸν τέλειον Χριστιανὸν ἐκ τῶν ἀμφιβαλλομέ-
νων ἐπιστηρίζεσθαι, τῶν ἐνδιαθέτων καὶ κοινῶς ὡμο-
λογημένων Γραφῶν ἱκανῶς πάντα μηνυόντων, περὶ
τε τῶν οὐρανῶν καὶ τῆς γῆς καὶ τῶν στοιχείων, καὶ
παντὸς τοῦ δόγματος τῶν Χριστιανῶν.

Ἡλίθιοι τοιγαροῦν εἶναί μοι δοκοῦσι, καὶ τῶν
θεῶν Γραφῶν παντελῶς ἀμύητοι, οἱ τῶν καινῶν δό-
γματων εὐρεταί, ὡς τοὺς οὐρανοὺς καταλύεσθαι οἴο-
μενοι. Ἄνωθεν γὰρ καὶ ἐξ ἀρχῆς ὁ Θεὸς εἰδὼς καὶ
προεἰδὼς, καὶ ἀεὶ γινώσκων καὶ μηδέποτε πρόσληψεν
γνώσεως ἐπιδεχόμενος, βουλόμενος καὶ ἑτέροις μετα-
δοῦναι τοῦ εἶναι, καὶ τῆς ἰδίας αὐτοῦ ἀγαθότητος,
καὶ γνώσεως, καὶ σοφίας ἐμπλήσαι, πεποίηκε τὸν
σύμπαντα κόσμον, περιγράψας ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ
γῆς, θεὸς δὲ μέσον τὸ στερέωμα καὶ συνδήσας τῷ
πρώτῳ οὐρανῷ καὶ ποιήσας τὸν ἕνα χῶρον δύο χῶ-
ρους, ἀπένειμε τῇ θνητῇ καὶ τρεπτῇ καταστάσει τὸν
χῶρον τοῦτον, προετοιμάσας καὶ τῇ μελλούσῃ κατα-
στάσει τὸν ἀνώτερον· καθὰ καὶ ἡ καταγραφὴ τοῦ
σχήματος ἐπὶ τέλει δείκνυσι, καὶ ἡ τῆς σκηνῆς κατα-
σκευῆ, ἐκμαγεῖον καὶ αὐτὴ γεγονυῖα παντὸς τοῦ κό-
σμου. Καὶ ἐν μὲν ταύτῃ τῇ καταστάσει ἐδοκίμασεν
ἡμᾶς νῦν διάγειν, ὡς ἐν παιδευτηρίῳ χρησίμῳ,
ἔχοντι λυπηρὰ καὶ ἡδέα· ἵνα διὰ μὲν τῶν λυπηρῶν
παιδευώμεθα, διὰ δὲ τῶν ἡδέων μὴ ἀπείπωμεν, δι-
δασκόμενοι καὶ ἀναγόμενοι πρὸς ἐπίγνωσιν τοῦ πε-
πειρηκότος διὰ τῆς ποικιλίας τῶν κτισμάτων, καὶ
τῆς πανσόφου ἀρμονίας, καὶ τῆς διαφορᾶς τῶν ὄν-
των· ὅστις καὶ νόμους ἡμῖν δέδωκε κατὰ καιροῦς
ὄψτανόμενος, πρὸς βοήθειαν τῆς ἡμετέρας ἀσθενείας,
ἀνάγων τοὺς λογικοὺς, ὡς εἴρηται, εἰς ἐπίγνωσιν τῆς
αὐτοῦ παναγαθοῦ φιλανθρωπίας· ὅπερ ἐστὶ κεφα-
λαῖον πάντων τῶν λογικῶν. Κτιστῶν γὰρ ἡμῶν ὄν-
των, καὶ ἐξ ἑτέρου ἐχόντων τὸ εἶναι, ἐκεῖνου αὐτοῦ
ἀεὶ δεόμεθα πρὸς σύστασιν καὶ γνῶσιν ἡμετέραν.
γνῶσιν ἔχειν· τοῦτο γὰρ ἴδιον τοῦ ἀγενήτου Θεοῦ.

A Iconii episcopus, amicus et familiaris beati Basi-
lii, in Iambis suis ad Seleucum scriptis, dubias illas
pronuntiavit. Similiterque Severianus episcopus
Gabalorum in libro *Contra Judæos*, eas proscripsit.
Nam plerique aiunt eas non apostolorum, sed alio-
rum quorundam presbyterorum simplicium esse.
Quare Eusebius Pamphili in *Ecclesiastica historia*
dicit, duo sepulcra Ephesi esse, aliud Joannis
evangelistæ, aliud Joannis presbyteri, qui duas Ca-
tholicarum Epistolarum scripsit, secundam et ter-
tiam, in quibus inscriptio sic habet: *Presbyter Ele-
ctæ Dominæ; et: Presbyter Gaio dilecto*. Etenim
nonnisi primam Petri et primam Joannis, ipse, ut
et Iræneus, ait apostolorum esse; alii vero non
apostolorum, sed presbyterorum. Nam prima, se-
cunda et tertia Joannis inscribuntur, quasi mani-
festum sit tres illas ejusdem personæ esse. Alii
vero cum his duabus etiam Jacobi Epistolam admit-
tunt; alii universas recipiunt. Apud Syros autem
nonnisi tres prædictæ reperiuntur, videlicet Jacobi,
Petri et Joannis: aliæ quippe penes illos ne quidem
habentur. Perfectum itaque Christianum dubiis in-
niti non oportet, cum cæ Scripturæ, quæ in canone
repositæ et apud omnes in confesso sunt, omnia
satis declarent, tam de cælis quam de terra et
de elementis, deque universo Christianorum do-
gmate

Amentes itaque et divinarum Scripturarum pro-
sus imperiti esse mihi videntur, illi novorum inven-
tores dogmatum, qui cælos solvendo esse putant.
Cum enim Deus jam inde ab initio sciat, præsciat ac
semper cognoscat, **293** nec unquam cognitionis
accessionem admittat, cum aliis vellet existentiam
largiri, eosque bonitate, scientia et sapientia sua
replere, totum mundum condidit, atque cælo et
terra circumscripsit, firmamentum in medio posi-
tum cum primo cælo conjunxit: ac cum ex uno
duo loca fecisset, hunc locum mortali et mutabili
vitæ assignavit; futuræque vitæ supernum prepara-
vit, quemadmodum ipsa figuræ delineatio in fine re-
presentat, necnon tabernaculi structura, quæ et ipsa
totius mundi imago est. In hoc vero statu nos jam de-
gere decrevit, quasi in ludo quodam utili, ubi tristitia
jucundis admista, ut tristibus corripiamur, jucun-
dis vero a desperatione amoveamur: per creatura-
rum varietatem, sapientissimam harmoniam, rerum
differentiam, eruditi et ad Conditoris cognitionem
deducti: qui quodam tempore visus, ad infirmitatis
nostræ auxilium leges nobis tradidit; rationabiles, ut
dictum est, ad optimæ clementiæ suæ notitiam dedu-
cens, quod est caput omnium rationabilium. Nam
cum creati simus, et ab alio existentiam habeamus,
eodem ipso semper egemus, tum ad constitutionem,
tum ad cognitionem adipiscendam. Fieri enim non
poterat, ut statim atque facti sumus, omnem cognitio-
nem haberemus: id enim non facti Dei proprium est.
Οὐκ ἦν γὰρ ἡμᾶς εὐθέως γενομένους πᾶσαν τὴν

Quoniam igitur ex bonitate Deus arcana ratione animalia cognitione vacua, ad nostrum rationabilium institutionem et auxilium condidit : ac eum intermedios quosdam inter seipsum et bruta rationabiles effecit ; ut universi varietate, traditis legibus, ac disciplinæ labore et assiduitate, per tristium et jucundorum experimentum, desiderio permoti ad ejus notitiam per partes adducamur. *Invisibilia enim ipsius*, ait divinus Apostolus, *per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur : sempiterna quoque ejus virtus et divinitas : ita ut sint inexcusabiles* ¹⁰ ; ac si dicat : *Invisibilia ipsius, virtutem scilicet, sapientiam, providentiam, bonitatem Dei, ipsamque sempiternam ejus deitatem, ex rebus existentibus et visibilibus intelligimus et videmus, ac ex omnibus opificiis, proportionem quadam, Creatorem cognoscimus, ita ut nullum ignorantiae obtentum objicere possimus : id enim significat illud inexcusabiles ; cum ex his omnibus in promptu nobis sit nostrum et universi Conditorum proportionem quadam cognoscere. Similiter iterum : Multifariam multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis : in novissimis diebus his locutus est nobis in Filio* ¹¹ ; sermonem in partes et figuras, in prophetas et Filium distribuens. Partes quidem vocat, differentiam **294** locorum, in quibus Deus priscis hominibus apparebat et loquebatur per prophetas ; figuras autem, visionum discrimen, quas vario tempore pro instantibus necessitatibus visus, exhibuit ; sive per seipsum, sive per prophetas ; ut nempe significaret Deum semper et ubique sive ex rebus ipsis, sive ex visionibus propositis, rationabiles naturas ad sui cognitionem institueret non neglexisse, modo per prophetas, modo per proprium Filium ; deinde vero ea instructis experientia, futuram vitam et statum præparasse, in quo nos prius incorruptibiles et immortales effectos constitueret : perfecta sui cognitione nos replens, quantum nos cognoscere fas est. Ideo duos illos status ab initio effecit, quod, ut jam dictum est, totam ejus notitiam confertim accipere sine disciplina non possemus : solum quippe Numen per se doctum et fons cognitionis est ab altero non acceptæ ; quod etiam possit illam aliis impertire ; utque jam immortales et immutabiles effecti, ex ærumnis edoceremur. Quandoquidem ait Apostolus : *Omnis disciplina, in præsentibus quidem, non videtur esse gaudii, sed mœroris* ¹². Nam sine disciplina et ærumnis non potest doctrina comparari. Disciplinæ itaque gratia hunc mundum condidit, mortalem, mutabilem et varium ; ut disciplinæ labore et assiduitate, ac universi varietate, experientia possemus ad Dei cognitionem ascendere. Nam si initio nos immortales et immutabiles effecisset, nihil differremus a brutis, quæ naturaliter quidem bonum quidpiam et utile habent, sed quid habeant ignorant : exempli causa, apis

A Ἐπειδὴ οὖν ἐξ ἀγαθότητος ὁ θεὸς ἀπορήτως πεποίηκε τὰ ἐμφυγα, ἀμύρα γνώσεως ὄντα, πρὸς διδασκαλίαν καὶ βοήθειαν ἡμῶν τῶν λογικῶν, μέσους τινας αὐτοῦ τε καὶ τούτων, ὡς ἐνεδέχεται, πεποίηκεν ὁ θεὸς τοὺς λογικοὺς, ἵνα τῇ ποικιλίᾳ τοῦ παντός, ἔτι τε καὶ τοῖς παραδεδομένοις νόμοις, τῇ τε τριβῇ τῆς μαθήσεως, διὰ πείρας λυπηρῶν καὶ θδέων, ποθοῦντες, κατὰ μέρος ἀναγώμεθα ἐπὶ τὴν αὐτοῦ γνῶσιν. *Τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ*, φησὶν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, *ἀπὸ κτίσεως κόσμου, τοῖς ποιήμασι νοούμενι καθορᾶται, ἢ τὴν αἰώνιον αὐτοῦ δύναμις καὶ θεότης, εἰς τὸ εἶναι αὐτοὺς ἀναπολογήτους*· ἵνα εἴπῃ· *Τὰ ἀόρατα αὐτοῦ, τὴν δύναμιν, καὶ τὴν σοφίαν, καὶ τὴν πρόνοιαν, καὶ τὴν ἀγαθότητα τοῦ θεοῦ, καὶ αὐτὴν τὴν αἰδίων αὐτοῦ θεότητα, ἐκ τῶν ὄντων καὶ τῶν ὄρωμένων νοούμεν τε καὶ ὄρωμεν, καὶ διὰ πάντων τῶν κτισμάτων ἀναλόγως τὸν Δημιουργόν, ὥστε ἡμᾶς ἀφορμὴν τινα ἀγνωσίας μὴ προβάλλεσθαι (τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ, ἀναπολογήτους), ἔχοντας ἐν χερσὶν ἐκ τούτων ἀπάντων, ἀναλόγως γινώσκειν τὸν ἑαυτῶν τε καὶ τοῦ παντός Δημιουργόν. Ὁμοίως πάλιν, Πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως πάλαι ὁ θεὸς λαλήσας τοῖς πατράσιν ἐν τοῖς προφήταις, ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν τούτων ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν Υἱῷ· εἰς μέρη καὶ τρόπους, εἰς προφήτας καὶ Υἱὸν διελὼν τὸν λόγον. Μέρη μὲν εἶπε τὴν διαφορὰν τῶν τρόπων, ἐν οἷς ἐφαίνεται τε καὶ ἐλάλει τοῖς ἀρχαίοις ἀνθρώποις ὁ θεὸς διὰ τῶν προφητῶν· τρόπους δὲ τὴν ποικιλίαν αὐτῶν τῶν ὄπτασιῶν, ὧν κατὰ καιρὸν ὄπτανόμενος πρὸς τὰς παρακειμένας χρείας, ἐδείκνυεν, εἴτε δι' ἑαυτοῦ, εἴτε διὰ τῶν προφητῶν· τοῦτο θέλων σημαίνει, ὡς πανταχόθεν ὁ θεὸς ἐκ τε τῶν ὄντων, ἐκ τε τῶν ὄπτασιῶν, οὐκ ἠμέλησε διδάξαι προθέμενός τοὺς λογικοὺς περὶ τῆς αὐτοῦ γνώσεως, ποτὲ μὲν διὰ τῶν προφητῶν, νυνὶ δὲ διὰ τοῦ ἰδίου Υἱοῦ· εἶθ' οὕτω λοιπὸν πεπειραμένοις, ἠτοίμασε καὶ τὴν μέλλουσαν κατάστασιν, ἐν ἣ ἀφθάρτους καὶ ἀθανάτους ἡμᾶς ἐργασάμενος καταστήσειεν· ἐμπιπλῶν ἡμᾶς ὡς ἐμπείρους καὶ τῆς τελείας αὐτοῦ γνώσεως, καθὼς δεῖ γινῶναι ἡμᾶς. Διὰ τοῦτο τὰς δύο καταστάσεις ἐξ ἀρχῆς πεποίηκεν, οὐ δυναμένων ἡμῶν, ὡς προείρηται, ὑφ' ἐν ἀθρώως πᾶσαν τὴν γνῶσιν δέξασθαι ἄνευ μαθήσεως· αὐτοδίδακτον γὰρ μόνον τὸ θεῖον ἐστι, καὶ πηγὴ γνώσεως, παρ' ἐτέρου μὴ προσλαβὼν, ἀλλὰ δυνάμενον καὶ ἐτέροις χρηγῆσαι, ἡμᾶς δὲ διδαχθῆναι πάλιν, ἀθανάτους ὄντας καὶ ἀτρέπτους, ἐκ τῶν δυσχερῶν. Ἐπειδὴ περ, φησὶν ὁ Ἀπόστολος, *Πᾶσα παιδεία πρὸς μὲν τὸ πικρὸν οὐ δοκεῖ χαρᾶς εἶναι, ἀλλὰ λύπης. Χωρὶς γὰρ παιδείας καὶ λυπηρῶν, ἀδύνατον μάθησιν γενέσθαι. Παιδείας οὖν ἕνεκα τοῦτον τὸν κόσμον πεποίηκε θνητὸν, καὶ τρεπτὸν, καὶ ποικίλον, ἵνα τῇ συντριβῇ τῆς μαθήσεως, καὶ τῇ ποικιλίᾳ τοῦ παντός διὰ πείρας δυνηθῶμεν ἀνελεῖν ἐπὶ τὴν τοῦ θεοῦ γνῶσιν. Εἰ γὰρ ἐξ ἀρχῆς ἀθανάτους καὶ ἀτρέπτους ἡμᾶς ἐργάσατο, οὐδὲν διεφέρομεν τῶν ἀλόγων, τῶν φυσικῶς μὲν ἔχόντων τι χρήσιμον, ἀγνοούντων δὲ τί κέκτηνται· οἷον ἢ μέλιττα τὸ κηρίον σοφῶς ἐργαζομένη,**

¹⁰ Rom. i. 20. ¹¹ Hebr. i. 1, 2. ¹² Hebr. xii, 11.

καὶ ἡ ἀράχνη ἐντέχνως ἐστουργοῦσα, καὶ ὁ μύρμηξ ἅθέρους ἐτοιμαζόμενος τὴν τροφήν, οὐκ ἐπιστήμη λογικῇ τινι ποιοῦσιν, ἢ ὡς ὁ χρυσοῦς καὶ ὁ μαργαρίτης, καλὸν μὲν, ἀλλ' οὐκ αἰσθάνονται τοῦ ἰδίου κάλλους.

Σοφῶς οὖν καὶ πάνυ σοφῶς ὁ Θεὸς τὰς δύο καταστάσεις ἀνέκαθεν πεποιήκεν, ἵνα πεπειραμένοι ἀπ' ἐντεῦθεν ἡδέων καὶ λυπηρῶν, γινώμεν τελείως ἐν τῇ β' καταστάσει τὴν δύναμιν τῆς αὐτοῦ ἀγαθότητος, διὰ τῶν παραδιδόμενων ἡμῖν ἀνεκλαλήτων καὶ αἰωνίων ἀγαθῶν. Καὶ ἐξ οἷων εἰς οἷα μετερχόμεθα. Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα κηρύττει πᾶσα ἡ θεία Γραφή, καὶ οὗτος αὐτῆς ἅπας ὁ σκοπός. Ἄγνοοῦσι γὰρ οἱ βέλτιστοι τὸν σκοπὸν τῶν θείων Γραφῶν, οἱ τοὺς οὐρανοὺς ἀπόλλοντες, καὶ ἑτέρους ἡμῖν καινοὺς εἰσάγοντες. Οὐ γὰρ ἠγνόησέ ποτε ὁ Θεός, νῦν δὲ κρεῖττον ἐπέγνω ποιῆσαι ἑτέρους οὐρανοὺς, καὶ κρεῖττονα καταστάσειν, κατὰ τὸν μῦθον τῶν ἀνοήτων καὶ πεπλασμένων Χριστιανῶν· ἀλλ' αἰεὶ ὁ αὐτὸς ὑπάρχει, ὡσαύτως καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ ὄν, γινώσκων πῶς τε καὶ πότε, καὶ πόσον, καὶ ποῦ, καὶ οἷον ποιήσῃ τὸν σύμπαντα κόσμον. Ἄλλ' ὅμως προβάλλονται ἡμῖν δῆθεν εὐλόγως τὸ ἀνακύπτον ἐκ τούτου ἄπορον, λέγοντες· Τί οὖν τὰ ἔμβρυα τελευτῶντα, εἰς γινώσιν Θεοῦ προκόπτουσι, μὴ πεπειραμένα ἡδέων καὶ λυπηρῶν, ἀπεντεῦθεν διδασθέντα περὶ Θεοῦ; Πρὸς οὓς ἐροῦμεν, ὅτι τὸ ἔμβρυον τὸ λογικόν, γευσάμενον, ὡς ἔπος εἶπεῖν, τῆς μητρίδος γαστρός, ἀμυδρῶς πῶς ὡς σύμβολον οὓσα τούτου τοῦ κόσμου ἡ μητρίδα γαστήρ, ἐν ἣ καὶ θερμότης, καὶ ψυχρότης, καὶ ξηρότης, καὶ ὑγρότης ὑπάρχει, λαμβάνον γινώσιν ἐν τῇ μελλούσῃ καταστάσει ὑπομιμνήσκεται, καὶ εἰς αἰσθησιν ἔρχεται τῆς μητρίδος γαστρός, ἐν ἣ πεκίραται μερικῶς καὶ αὐτὸ τῆς ταύτης καταστάσεως. Ἐτι δὲ ὄρα καὶ αὐτὰ τὰ στοιχεῖα, καὶ τὸν σύμπαντα κόσμον ἰστάμενον ὡς διδάσκαλον, καὶ διὰ τῆς τελείας γνώσεως ἀναλογιζόμενον, εὐθέως εἰς ἐπίγνωσιν καὶ αὐτὸ ἔρχεται τοῦ παρεληλυθότος βίου, ἐν ταυτῷ καὶ τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ Θεοῦ τοῦ δημιουργήσαντος τὰ πάντα. Περὶ δὲ τῆς κρίσεως αὐτῶν, αὐτῷ τῷ Θεῷ παραχωροῦμεν· οὐ γὰρ ἐνδέχεται ἡμᾶς εἶδέναι πάντα ἐν τῷδε τῷ βίῳ. Μόνον δὲ λέγομεν, ὡς ἔστι λέγειν· ὅτι μέσα τινὰ εἰσὶ, μῆτε στεφάνους ληψόμενα, μῆτε τιμωρίας ὑπομένοντα· τῆς μὲν τιμωρίας ἐλευθερούμενα, διὰ τὸ μὴ ἀπολαῦσαι τῶν ἀγαθῶν τοῦ βίου τούτου· τῶν δὲ στεφάνων στερισκόμενα, ὡς μὴ κάμνοντα ἐν τῷδε τῷ βίῳ.

Εἰ δὲ καὶ τοῦτο εἶποι τις, ὅτι ἐκάστου αὐτῶν ὡς ἂν ἐπίσταται ὁ Θεός, εἰ ἐπέμενον ζῶντα, τὴν διαγωγὴν καὶ τὴν πολιτείαν, οὕτως αὐτὰ κρίνει· οὐκ ἀποβαλλόμεθα τὸν νοῦν, ἀλλὰ παραχωροῦμεν τοῖς πλεόν τι εἰδόσι. Ἡμεῖς γὰρ περὶ κρίσεως τὸ τέλειον οὐκ ἐπιστάμεθα, τῷ Θεῷ τὸ δοκοῦν πάντως καλὸν καὶ σοφὸν λογιζόμενοι· ὁμολογοῦντες ἐν τούτῳ τὴν ἡδίστην ἦταν, καὶ στεφανοφοροῦντες ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ ἀγνοίᾳ, κατὰ τὸν μέγαν ἀπόστολον Παῦλον, Ἐκ μέρους γινώσκοντες, φήσαντα, καὶ ἐκ μέρους προζητούμεν. Ἔτι δὲ ἔλαθη τὸ τέλειον, τότε τὸ ἐκ μέρους καταργη-

quæ favum sapienter efficit; aranea, quæ telam eum artificio orditur: formica, quæ in æstate victum sibi parat; non scientia quadam rationabili id agunt: nec nisi ut aurum et margaritæ, quæ quidem pulchra sunt, sed pulchritudinem propriam non sentiunt.

Deus itaque sapienter, et admodum sapienter, duos illos status jam olim adornavit, ut hic jucunda et tristia experti, in secundo statu bonitatis ejus vim per collata nobis ineffabilia et æterna bona perfecte agnosceremus, sciremusque ex qualibus in qualia transimus. Hæc et similia prædicat omnis Scriptura divina, et hic est totus illius scopus. Etenim præclari illi homines, qui cælos destrui et alios novos induci nobis volunt, divinarum Scripturarem scopum ignorant. Neque enim quondam ignoravit Deus, ut jam ad sublimiorem cognitionem veniens, novos cælos aut meliorem statum conderet, secundum fabulam amentium et fucatorum Christianorum: sed idem semper est, eodem modo ei ratione existens, cognoscensque **295** quomodo, quando, quantum, ubi, qualem totum mundum producat. Attamen dubium hac ex opinione consequens nobis e re et congruenter proponunt, dum aiunt: Cur ergo fetus in utero extincti, ad Dei cognitionem accedunt, licet jucunda et tristia non experti; sed abhinc a Deo edocti? Quibus respondebimus, fetum rationabilem, qui, ut ita dicam, maternum uterum expertus est: quia obscure quasi symbolum hujus mundi est maternus uterus, in quo calor, frigus, siccitas et humiditas; hac notitia imbutum, in futura vita materni uteri recordari, in ejusque sensum venire, in quo saltem ex parte hujusce status et vitæ experimentum acceperit. Videt enim ipsa quoque elementa et totum mundum ut magistrum stantem, ac per cognitionem perfectam, res secum perpendens, statim in notitiam præteritæ vitæ, et in cognitionem omnium opificis Dei venit. Judicii autem ipsorum scientiam ad Deum mittimus: non enim possumus in hac vita omnium peritiam assequi. Solum dicimus, quantum effari licet, eos in medio ceu statu consistere, ita ut neque coronas accipiant, neque supplicia luant; nam a supplicio **D** eximuntur, quia hujus vitæ bona non gustaverunt, coronis autem privantur, quia in hac vita non sunt laboribus perfuncti.

Quod si quis dixerit Deum, utpote qui novit quam singuli vitæ et conversationis rationem secuturi erant, si in hac vita mansissent, secundum hoc de illis judicium ferre; hanc sententiam minime rejicimus; verum doctioribus rem mittimus. Nos quippe judicii perfectam notitiam non habemus; rati tamen id quod Deo visum fuerit, pulchre et sapienter se habere, huic assequendæ rei nos impares libentissime fatemur, hanc ignorantiam nobis coronæ locum tenere putantes, secundum magnum apostolum Paulum, qui ait: *Ex parte*

*cognoscimus et ex parte prophetamus: cum autem venerit quod perfectum est, tunc evacuabitur quod ex parte est*¹³; siquidem tunc, cum omnes perfecti resurgemus, quomodo nos sentire oporteat perfecte cognoscemus, quemadmodum ait rursus Apostolus: *Donec accurramus omnes in unitatem fidei et cognitionis Filii Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi*¹⁴. Iterum autem questionem movebunt, quomodo corpore parvus, perfectus resurget? et qua ratione, cæcus, claudus membrisque mutilus, incolumis et integer resurget? Veram nos audiant cum ex Scriptura, tum ex naturali ratione loquentes. Quemadmodum Deus, accepta Adami costa, perexiguo ejus membro, edificavit illam in **296** perfectam mulierem, arcana ratione quod decrat supplens: ac quemadmodum plerumque vir cum muliere copulatur, alteruterque eorum cæcus ac mutilus, et tamen proles eorum incolumis et integra paritur; ita credendum et intelligendum de resurrectione a mortuis, in qua nos regeneramur, et quidem præstantiore ortu, quam cum ex vulva proliimus. Tibi vero, charissime, cæli et terre necnon intermedii firmamenti figuram delineabo, tabernaculum item a Moyse constructum, quod est exemplar totius mundi: ac celebratam illam exterorum sphaeram; ut vel ipso visu cognoscas congruenter ad figuram (47), quid divina Scriptura et Christiana prædicatio edisserat, et quam sit a sphaera illa exterorum aliena.

Paragraphus congruentes ex divina Scriptura de figura cæli et terre.

*In principio fecit Deus cælum et terram*¹⁵. Hæc memorat, quia alia complectuntur, unaque significat ea quæ et intra hæc et cum his facta sunt; iterumque: *Perfectum est cælum et terra, et omnis ornatus eorum*¹⁶; ac si videlicet alia complectantur, et omnis ornatus intra illa contineatur; et rursus: *Sex enim diebus fecit Deus cælum et terram, et omnia quæ in eis sunt*¹⁷; utpote omnibus intra illa existentibus, iisdemque omnia complectentibus; ac rursus: *Et requievit Deus die septimo ab omnibus operibus suis, quæ facere cœperat*¹⁸; ac si diceret, Creare cœpit, et creando desiit; et iterum: *Hic est liber generationis cæli et terre*¹⁹; ac si diceret, Hic liber totius mundi exortum enarrat, qui cælo et terra circumscribitur. Iterumque de figura ait Isaias: *Qui statuit cælum sicut fornicem, et extendit ipsum sicut tabernaculum ad habitandum*²⁰; illud, *sicut fornicem*, de primo cælo dicens; illud vero, *et extendit ipsum sicut tabernaculum*, de secundo: videlicet ceu de domo loquitur, in qua quidam habitant et domicilium habent. Rursus David: *Extendens cælum sicut pellem*²¹, de firmamento loquens: *sicut pellem* ait, veluti scilicet tentoria illa quæ superne tabernaculum contegebant: qua-

σαν τὸν αὐχένα τῆ Ἐκκλησίας. Τοιαύτην γὰρ συν-
ήθειαν καὶ ἡμεῖς σὺν τῇ Ἐκκλησίᾳ ἀποστρεφόμεθα. B
Ἀλλὰ καὶ τούτῳ πέρας δόντες, ἔβδομον μάρτυρα
παραγάγωμεν συμπληροῦντα τῆς θείας Διαθήκης Πα-
λαιᾶς, καὶ Καινῆς τὰ σύμβολα. Εἰ γὰρ ἐπὶ δύο καὶ
τριῶν μαρτύρων σταθήσεται πᾶν ῥῆμα, εἴρηται ἐν τῇ
θείᾳ Γραφῇ, πόσω μᾶλλον ἐπὶ τοῖς ζ' τῆς γὰρ τε-
λειᾶς διαθήκης σύμβολα δείκνυσιν ὁ τῶν ζ' μαρτύρων
χορὸς. Ἔστιν οὖν ὁ τῆς Καρπάθου ἐπίσκοπος Φίλων,
τὰ ὅμοια τοῖς ἄλλοις ζ' μαρτυρῶν.

Φίλωνος ἐπισκόπου Καρπάθου, ἐκ τοῦ ὑπο-
μνήματος τῶν Ἀσμάτων, εἰς τὸ ῥητόν λέγον·
« Εἰσήνεγκέ με ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ ταμειῖον αὐ-
τοῦ. »

Τοῦ δὲ ἐπουρανίου βασιλέως τὸ ταμειῖον, δηλονότι C
τὸ σῶμα, ὃ ἑαυτῷ ὑποδόμησεν οἶκον· ἔπειτα δὲ καὶ
ἡ τῶν οὐρανῶν βασιλεία.

Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ, « Φιλησάτω με ἀπὸ φιλημάτων
στόματος αὐτοῦ. »

Ἔλαβε γὰρ ὁ μὲν Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τὸν ἄνθρωπον, ὃν
ἐνεδύσατο ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας, καὶ ἀνταπέδωκεν αὐ-
τῷ πάλιν εἰς κοινωνίαν αὐτῆς ἀγίαν τὴν σάρκα εἰς
μετάληψιν.

Τοῦ αὐτοῦ, εἰς τὸ, « Βασιλεὺς δεδεμένος ἐν
παραδρομαῖς. Τί ὠραιώθης καὶ τί ἰδρύνθης; »

Παρατρέχων γὰρ ἐξ οὐρανοῦ ἐπὶ γῆς, εἰς τὰ καθ'
ἄδην, καὶ κατώτερον ἄδου βυθὸν κατελθὼν, ἐκεῖθεν
ἀνασπάσει τὸν τεθνεῶτα. Καὶ μεθ' ἕτερα. Ὄραιώθη
γὰρ ὄντως καὶ ἰδρύνθη, οὐχ ἡ τῆς θεότητος δύναμις· D
οὐ γὰρ προσθήκην ἐπιδέχεται, ἢ μείωσιν· ἀλλ' ἡ
σὰρξ ἣν ἀνείληφε, καὶ ὁ ἄνθρωπος, ὃν ἐφόρεσεν. Οὗ-
τος ὠραιώθη τῇ τῆς θεότητος ὠραιότητι συμμορφω-
θεὶς, καὶ ἰδρύνθη ἐν τῇ τῶν οὐρανῶν βασιλείᾳ ἐν δε-
ξιᾷ τοῦ Θεοῦ.

Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ Ἐξαήμερον, ἐνθα διαλαμβάνει
περὶ τοῦ ἐκ γενετῆς τυφλοῦ.

Εἰ γὰρ καὶ ἄνθρωπον αὐτὸν ἐβλεπες· ἀλλὰ τὸν
ἐν ἀνθρώπῳ Θεὸν ἐξ αὐτῶν τῶν ἔργων νοῆσαι ὤφει-
λες.

Κατανόει καὶ τοῦτον τὸν Πατέρα, σκοπὸν ἕνα μεθ'
ἡμῶν περὶ τοῦ σχήματος καὶ τοῦ δόγματος ἀποσώ-
ζοντα· καὶ περὶ μὲν τοῦ σχήματος, ταμειῖον τοῦ

A homine, utpote vinculo cœlestium et terrenorum,
hoc est, visibilium omnium et invisibilium.

Hæc igitur sanctus ille Pater, cum voluntatis
Dei mysterium probe calleret, enuntiavit: ac eum
qui ex paradiso, utpote qui ex inobsequentia pe-
rosus effectus esset, ejectus fuerat, ex voluntate
et beneplacito Dei ad universi restorationem re-
pente cœlestem effectum prædicavit. Papæ! Eccle-
siae consonantiam: papæ! consonantiam myste-
riorum Dei: papæ! spiritualem doctorum consen-
sum. Qui non damnandus sit qui iis adversatur?
Deus universorum Domine, confirma nos semper
in mysteriis tuis. Amen. Cessent ergo contentiosi
homines, cervices inclinent Ecclesie. Tales quippe
mores nos cum Ecclesia repudiamus. Verum post
quam hujus loca asserendi finem fecimus, septi-
mum testem producimus, qui divini Testamenti,
cum Veteris, tum Novi testimonia compleat. Nam
si in duobus vel tribus testibus stabit omne ver-
bum, ut in divina Scriptura dicitur³, quanto ma-
gis in testibus septem: etenim septem testium
chorus perfecti et omnibus numeris absoluti testa-
menti symbola exhibet. Est autem ille Philo Car-
pathiorum episcopus, qui sex aliis consona testi-
ficatur.

Philonis Carpathii episcopi, ex commentario in Can-
tica, in dictum illud: « Introduxit me rex in pe-
nuarium suum⁴. »

Cœlestis Regis penuarium, id est corpus, quod
sibi in domum extruxit; deinde vero, regem cœ-
lorum.

Ejusdem in illud, « Osculetur me osculis oris sui⁵. »

Filius quippe Dei, hominem accepit, quem ab
Ecclesia sumptum induit; ac ipsi postea vicissim
sanctam carnem suam comedendam ad commu-
nionem tribuit.

330 Ejusdem in illud: « Rex ligatus in transcursi-
bus. Cur speciosus factus es, et cur firmatus es? »

Transeurrens enim a cœlo in terram, ac in in-
fernum, imo ad imum inferni descendens, inde
mortuum extrahit. Et quibusdam interpositis.
Vere quippe speciosa facta et firmata est, non vir-
tus deitatis: neque enim accessionem admittit, vel
imminutionem; sed caro, quam assumpsit, et homo
quem gestavit. Hic speciosus factus est decore di-
vinitatis ad similem formam redactus: atque fir-
matus est in regno cœlorum in dextera Dei.

Ejusdem in Hexaemeron, ubi de cæco nato edis-
serit.

Etiamsi enim ipsum hominem videbas; sed Deum
in homine existentem ex ipsis operibus intelligere
debebas.

Animadvertas velim hunc quoque Patrem eun-
dem quem nos circa mundi figuram et dogmata,
scopum tenere; ac de figura quidem mundi lo-

³ Matth. xviii, 16. ⁴ Cant. ii, 4. ⁵ Cant. i, 1.

quentem, regnum cœlorum penuarium vocare : A penuarium autem, secretius ac tutius domus receptaculum est, quod ille regnum cœlorum nuncupat ; de dogmate vero edisserentem, in ipso receptaculo, sive in regno cœlorum, hominem, quem Deus gestavit, a morte revocavit, et sessionis ad dexteram honore dignatus est, sedentem et firmatum esse dicere. Cur ergo illi contentionis amantes adversum clamant, nos extraneam neminique notam viam inire ? Voluntarii ergo furoris finem faciant, neque nos calumniis vellicent : nam *Deus qui justificat, quis est qui condemnet* ⁶ ? Etenim Deus sententiam nostram prior confirmat ; deinde vero prophetæ, apostoli, evangelistæ, ac celebratissimus Patrum chorus : ex quorum numero vos quosdam admittere profiteremini : insuperque exteri veteres scriptores in nonnullis opinioni nostræ astipulantur. Ne multa, prolatas hactenus contentiosorum tantum causa, qui nostra, imo potius ipsam veritatem, calumniari audent, testificationes satis esse putamus, ut inauspicatæ vesaniæ suæ confutationem penes se habeant. Ut ne vero hæc nostra lucubratio his solummodo veterum testimoniis fulciatur, cujusdam novi schismatici eorum patris, adhuc superstitis et Constantinopoli degentis testimonium ex abundantia afferam, qui sive ex ignorantia, sive ipsa cogente veritate, libro nostro patrociniatur.

331 (60) *Theodosii episcopi Alexandrini, in quadragesima assumptionis Domini diem.*

Hodie humana natura in cœlum transfertur ; hodie cœlum aperitur et homo illuc ingreditur.

Quid ad hæc adversarii dicturi sunt ? Quomodo ille tum quoad figuram, tum quoad dogma, nostris non testimonium præbeat ? Papæ ! quantam veritatis vim, quæ adversarios vel invites ad se pertrahat.

Ejusdem in alia concione.

Non magnum est, quod diabolus Deus vicerit.

O rem miram ! Illic quoque vel ipsa veritas inauspicatam illorum contentionem patefacit. Nam si non magnum esse dicit Deum cum diabolo pugnantem vincere ; contrarium enim proferre extremæ dementiæ fuerit : Deo quippe, non modo diabolus, sed etiam omnis creatura subjecta est, ac pro nihilo reputatur ; qui non palam sit ipsum significare, hominem esse qui cum diabolo pugnat et superat ? Hic enim magnum plane est, prius quippe dixerat, hominem, ut victorem, in cœlum ingressum esse. Quod autem hunc scopum teneat, ille rursus vociferando significat his verbis : *Oportebat enim, oportebat sane hanc naturam debellatam coronari*, ac si diceret : Hæc ipsa natura quæ a diabolo superata est in paradiso, videlicet homo, quem

Θεοῦ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν καλέσαντα, ταμιεῖον δέ ἐστι τὸ ἐσώτερον καὶ ἀσφαλέστερον τοῦ οἴκου χώρημα, ὃ καὶ βασιλείαν οὐρανῶν εἶπε. Περὶ δὲ τοῦ δόγματος, ἐν αὐτῷ τῷ ταμιεῖῳ, τουτέστιν, ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν καθεσθέντα καὶ ἰδρυθέντα τὸν ἄνθρωπον, ὃν ὁ Θεὸς ἐφόρεσε καὶ τοῦ θανάτου ἀνέσπασε καὶ τῆς ἐν δεξιᾷ τιμῆς ἤξίωσε. Πῶς οὖν οἱ ἐθελοφίλεθροι βοῶσιν ὡς ξένην τινὰ ὁδὸν καὶ μηδενὲ ἐγνωσμένην ἐβαδίσασμεν ; Πausάσθωσαν τῆς ἐθελεκακούμανίας, καὶ μὴ συκοφαντεῖτωσαν ἡμᾶς· Θεὸς γὰρ ὁ δικαίων, τίς ὁ κατακρίνων ; ὁ Θεὸς γὰρ πρῶτος τοῖς ἡμετέροις μαρτυρεῖ, ἔπειτα προφηταί, καὶ ἀπόστολοι, καὶ εὐαγγελισταί, καὶ τῶν Πατέρων πολυώνυμος χορὸς· ἐξ ὧν Πατέρων καὶ ὑμεῖς ἐνίους φατὲ δέχεσθαι· ἔτι δὲ καὶ παλαιοὶ τῶν ἐξωθεν συγγραφεῖς τοῖς ἡμετέροις εἰς ἓνα συνεφώνησαν. Ἴνα δὲ μὴ τὸν λόγον ἐπὶ πλεῖον μηκύνωμεν, ἀρκετὸν ἡγησάμεθα τὰς προτεθείσας μόνον μαρτυρίας θεῖναι τῶν φιλονεικῶν καὶ μόνων ἕνεκα, τῶν τολμώντων διαβάλλειν τὰ ἡμέτερα, μᾶλλον δὲ αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν ἐκδηλον πᾶσι βουλόμενοι καταστῆσαι τὴν τούτων φιλονεικίαν· Ἴν' οἴκοθεν ἔχωσι τὸν ἔλεγχον τῆς ἀκαίρουμανίας. Ἴνα δὲ μὴ μόνον ἀπὸ τούτων τῶν παλαιῶν μεμαρτυρημένη ἢ ἡ ἡμέτερα συγγραφή, θήσω καὶ τινος νέου ἀποσχίστου αὐτῶν πατρὸς, ἔτι καὶ νῦν ζῶντος καὶ ἐν Κωνταντινουπόλει διάγοντος, ἐκ παρουσίας καὶ τοῦτο ποιῶν, μαρτυρίαν μαρτυροῦντος, εἴτε ἐξ ἀγνοίας, εἴτε ἀπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας ἀναγκαζομένου, τῇ ἡμέτερα συγγραφῇ.

Θεοδοσίου Ἀλεξανδρείας ἐπισκόπου, εἰς τὴν τεσσαρακοστὴν τῆς ἀναλήψεως τοῦ Κυρίου ἡμέραν.

Σήμερον ἡ ἀνθρώπινος (sic) φύσις, σκευαγωγεῖται εἰς οὐρανόν, σήμερον οὐρανὸς ἀνοίγεται καὶ ἄνθρωπος εἰσέρχεται.

Τί πρὸς ταῦτα ἐροῦσιν οἱ ἐναντίοι ; Πῶς οὐ μεμαρτύρηκε τοῖς ἡμετέροις καὶ ἐν τῷ σχήματι καὶ ἐν τῷ δόγματι ; Βαβαί ! ἰσχύς τῆς ἀληθείας, καὶ ἄκοντας τοὺς ἐχθροὺς εἰς ἑαυτὴν ἐπισπῶσα.

Τοῦ αὐτοῦ ἐν ἑτέρᾳ ἐξηγήσει.

Οὐ μέγα, εἰ Θεὸς διάβολον ἤττησεν.

Ὁ τοῦ θαύματος. Καὶ ἐνταῦθα δείκνυσιν ἡ ἀλήθεια τὴν τούτων ἀκαιρον φιλονεικίαν. Εἰ γὰρ οὐ μέγα λέγει Θεὸν μετὰ διαβόλου παλαίοντα καὶ νικῶντα· τοῦτο γὰρ καὶ λέγειν μανικὸν ὑπάρχει· Θεῷ γὰρ οὐ μόνον ὁ διάβολος, ἀλλὰ καὶ πᾶσα ἡ κτίσις ὑποτέτακται, καὶ εἰς οὐδὲν λογισθήσεται. Πῶς οὐκ εὐδελον τυγχάνει, ὅτι ἄνθρωπον βούλεται μετὰ τοῦ διαβόλου τὸν παλαίοντα καὶ νικῆσαντα ; Τοῦτο γὰρ καὶ μέγα ὑπάρχει, ὃν καὶ ἀνωτέρω εἶπεν εἰσελθόντα ὡς νικητὴν εἰς τὸν οὐρανόν. Ὅτι δὲ τοῦτον τὸν σκοπὸν ἐποσῶζει, πάλιν ὁ αὐτὸς βοᾷ· Ἔδει γὰρ, ἔδει τὴν καταπαλαιωθεῖσαν φύσιν ταύτην ἀναδῆσασθαι στέφανον· ὡσανεὶ, αὐτὴ ἡ φύσις ἡ ἠττηθεῖσα ὑπὸ τοῦ διαβόλου, φησὶν ἐν τῷ παραδείσῳ, τουτέστιν, ὁ ἄνθρωπος, ὃν καὶ ἐξ ἀναστάσεως κρείττονα γενό-

⁶ Rom. viii, 34.

(60) De Theodosio et de Timotheo sequenti vide in Præfatione.

μενον πολλάκις καὶ διὰ πολλῶν ἐξηγήσατο καὶ τοῦτον εἰς οὐρανὸν ἀναχθέντα μετὰ παύσεως ἐξείπε.

Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν, τοῦ Εὐαγγελίου ἀναγνωσθέντος, τὸ, « Πάτερ, εἰ δυνατόν, παρελθέτω, » καὶ τὰ ἐξῆς.

Σαρκος τὰ πάθη ταύτης, καὶ τοῦ πάθους γνωρίσματα ἀγωνία, καὶ ἰδρῶς, λύπη καὶ ψυχῆς ταραχὴ, τὰ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως σύμβολα.

Βαβαὶ τοῦ θαύματος! Τοιαῦτα λέγουσι καὶ φιλονεικοῦσι μεθ' ἡμῶν, ἀποσχίζοντες τὰς Ἐκκλησίας καὶ τυραννοῦντες. Ποῦ γὰρ γέγραπται, ὅτι ἡγωνία καὶ ἰδρωσεν, εἰ μὴ ἐν τῷ Λουκᾷ ἔνθα λέγει, *Καὶ γενόμενος ἐν ἀγωνίᾳ ἐκτενέστερον προσήχετο καὶ ἐγένετο ὁ ἰδρῶς αὐτοῦ ὡσεὶ θρόμβοι αἵματος καταβαίνοντος ἐπὶ τὴν γῆν.* Ὁρῶν δὲ αὐτῷ ἄγγελος ἀπ' οὐρανοῦ ἐνισχύων αὐτόν; Πῶς τολμῶσιν αὐτὰ λέγειν, καὶ πάλιν καταγινώσκειν τῶν τολμώντων αὐτὰ διηγείσθαι; Ἄρ' οὐκ ἔστι πρόδηλος φιλονεικία τῶν τοιούτων; Παραδραμόντες δὲ καὶ τοῦτον ἐπὶ τὸν πρὸ αὐτοῦ, νῦν τετελευτηκότα νέον Τιμόθεον μετέλθωμεν· δεικνύοντες καὶ τοῦτον ἄκοντα συγκατατιθέμενον τῇ ἡμετέρᾳ γραφῇ. Γράφει τοίνυν εἰς τὸ αὐτὸ ῥητὸν ἐξηγούμενος ἐν τῇ περιόδῳ εἰς τὸ Πάσχα ἐν τῷ Ἁγίῳ Βίκτορι· ἀναγνωσθέντος Ἡσαίου τοῦ προφήτου καὶ λέγοντος· *Ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγῆν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείροντος ἄφωνος*· καὶ μνησθέντος ἐν τῇ ἐξηγήσει τοῦ Πάτερ, εἰ δυνατόν, παρελθέτω τὸ ποτήριον τοῦτο, λέγων οὕτως.

Τιμόθεος εἰς τὸ, « Πάτερ, εἰ δυνατόν, παρελθέτω. »

Φύσις γὰρ αἰεὶ τὴν ψυχὴν ἐμφιλοχωρεῖν ἐν τῷ σώματι, καὶ δυσχεραίνειν πρὸς ἀποβίωσιν. Καὶ πάλιν ἐν τῷ Ἁγίῳ Σαραπάμμων ἐβόα. Καὶ μείζονα δὲ τούτων δοθήσεται μοι παρὰ τοῦ Πατρὸς, ἐκ νεκρῶν ἀνάστασις, φύσεως ἀνακαινισμὸς, καὶ ἀντὶ φθορᾶς ζωοποίησις.

Τοῦ αὐτοῦ, εἰς τὰ Ἁγία Θεοφάνια, εἰς τὴν γενέθλιον τοῦ Χριστοῦ ἡμέραν, *Χοιὰκ λ' Ἰνδ. ε'.*

Ἔτεκεν ἡ Παρθένος ἄνθρωπον τέλειον, ἀναμάρτητον. Καὶ μετ' ὀλίγα. Συμπεριτμηθῶμεν Χριστῷ, ἵνα καὶ συγκαθαρθῶμεν αὐτῷ.

Καὶ πάλιν ἐν τῷ Ἁγίῳ Θεοδώρῳ, *Τυβί η' Ἰνδ. ε'.*

Διὰ γὰρ τοῦ φαινομένου ἔδειξε τὴν δύναμιν τοῦ κρυπτομένου.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐν τῇ Κυρίνου ἐκκλησίᾳ, Κυριακῆς ὁδοῦ, *Πασχῶν κβ', Ἰνδ. ε' ἀναγνωσθέντος τοῦ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίου, « Ὁ δὲ Ἰησοῦς κεκοπιακῶς ἐκ τῆς ὁδοπορίας, ἐκαθέζετο. »*

Τοιγαροῦν ἐπειδὴ Θεὸς ἐστὶν ἅμα καὶ ἄνθρωπος ὁ αὐτὸς, πιστοῦται διὰ τῶν ἔργων ἀμφοτέρωθεν, καὶ λανθάνειν τοὺς ὁρῶντας οὐκ ἀνέχεται. Ὅτι μὲν γὰρ φύσει Θεὸς τὸ ἐστὶν, διὰ τῶν ἔργων καὶ διὰ τῶν σημείων ἐπιδείκνυται, λεπρούς καθαίρων, φωτίζων τυφλοὺς,

A resurrectione meliorem effectum esse, plerumque ac multis enarravit; hunc, inquam, in cœlum ad ductum esse cum fiducia pronuntiavit.

Ejusdem in magna ecclesia, post lectionem evangelici dicti, « Pater, si possibile est, transeat », etc.

Carnis hujus passiones, atque passionis indicia sunt, mœror, sudor, tristitia, animæ perturbatio, humanæ naturæ symbola.

Papæ rem miram! Hæc illi nobiscum rixantes, Ecclesias scindentes, ac tyrannice agentes profertur. Ubinam scriptum est ipsum in agone fuisse et sudavisse, nisi apud Lucam dicentem: *Et factus in agonia, prolixius orabat: et factus est sudor ejus sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Apparuit autem ei angelus de cœlo confortans eum*⁸. Quo pacto audent illa dicere, dum e contrario eos, qui talia enarrare audent, condemnant? **332** Annon planum est eos contentiose agere? Hoc autem prætermisso, ad decessorem ejus, qui nuper obiit, Timotheum juniorem veniamus, palamque faciamus hunc etiam vel invitum scriptis nostris astipulari. Scribit itaque illum ipsum locum explicans in periodo in S. Pascha, in ecclesia Sancti-Victoris post lectionem Isaïæ prophetæ dicentis: *Sicut ovis ad occisionem ductus est, et sicut agnus coram tondente sine voce*⁹: ac cum in expositione, post hujus dicti mentionem: *Pater, si possibile est, transeat calix iste*¹⁰, sic habet.

C Timotheus in illud: « Pater, si possibile est, transeat »¹¹.

Id fert natura, ut semper anima in corpore manere expetat, ac discessionem ex vita ægre ferat. Iterumque in ecclesia Sancti Sarapammionis clamabat. His porro majora mihi a Patre tribuentur, resurrectio ex mortuis, renovatio naturæ, ac corruptionis loco vivificatio.

Ejusdem, in Sancta Theophania, in ortum Christi, die Chioac tricesima, indictione decima.

Peperit Virgo hominem perfectum, impeccabilem. Et paucis interpositis. Circumcidamur cum Christo ut una cum illo purgemur.

D Et iterum in ecclesia Sancti-Theodori, die octava Tubi, indictione decima.

Nam per id quod apparebat, ejus quod latebat vim ostendit.

Ejusdem in ecclesia Quirini, die Dominica, Pashon decima quarta, indictione quinta, lecto Joannis Evangelio, « Jesus autem satigatus ex itinere, sedebat »¹².

Quia itaque una Deus et homo ipse est, utrumque simul ex operibus comprobatur, ita ut spectatoribus non latere possit. Nam quod natura Deus sit, ex operibus et signis ostenditur, dum leprosos mundat, cecos illuminat, paralyticos roborat; mor-

⁷ Matth. xxvi, 39. ⁸ Luc. xxii, 44. ⁹ Isa. liii, 7.

¹⁰ Matth. xxvi, 39. ¹¹ ibid. ¹² Joan. iv, 6.

tuis vitam ei argitur : quodque maximum est ; nam hæc prius memorata prophetæ quoque ediderunt ; diserte et cum fiducia dicit : *Ego et Pater unum sumus* ¹³. Verum his quidem, uti jam dixi, deitatis magnitudo comprobatur. Quod autem etiam homo sit, neque id item latere vult et ignorari, ut eos inde præverteret et frangeret, qui cum phantastice **333** advenisse putant ; dum clare et aperte passionibus se subdit : at quibus passionibus ? iis scilicet quæ propter infirmitatem, non propter peccatum carni, familiares sunt ; esuriam dico, sitim, somnum, defatigationem. Hæc quippe quæ natura, non voluntate contingunt, eadem patientes peccato non contaminant. His itaque Dominus, peccato vacans passionibus, carnem suam obsequi declaravit, manifeste commonstrans, se natura et veritate, non autem specie tantum hominem factum esse.

Ejusdem, in templo, in festo Pachon.

Dei quidem proprium est miracula edere, elementis imperare, futurorum prædictionem enuntiare ; hominis vero mansueti et communem vitam agentis, parentes honorare, cum fratribus versari, discipulos et notos alloqui. Ideo Dominus noster Jesus Christus, cum Deus ex Deo sit, ac propter nos homo factus sit, et vim deitatis ostendit, et leges humanitatis servat : quod semper est et fuit ex signis comprobans, ac id quod fieri dignatus est operibus commonstrans.

Ejusdem, in quadragesima assumptionis Domini die, Pachon vicesima quinta, indictione nona, in dictum Evangelii secundum Joannem, « Expedi vobis ut ego vadam ».

Verum illa quæ præclaris discipulis jam dicta sunt consideremus, *Expedi vobis ut ego vadam*. Salutis vestræ causa in terram veni, utilitatis vestræ gratia ut in cælum ascendam opus est. Incorporeus descendi propter vos, ut illuc cum corpore concedam consentaneum est : genus vestrum in cælum trahere decrevi : oportet me cum carne ad dexteram Patris sedem recipere. Ut iter olim extraneum jam novum parem : utque cœli aditum apertum hominibus ostendam, necesse est. Primus per aerem iter habeo, ut et vos demum in aerem in nubibus obviam nobis rapiamini ¹⁴. Hunc me audire putabam legentem, quo pacto scilicet hominem, qui tanto mortis horrore tenetur, cum clamore compellet : hunc nempe, qui per passionem et resurrectionem, incorruptionem, et naturæ renovationem et vivificationem accipit, qui prius ob astantem infirmitatem passionibus et defatigationi subjectus erat, qui in cælum pertractus et sessione ad dexteram Patris dignatus est, qui extraneam et insolitam viam prior decucurrit, ac **334** primus hominum cælum adiri posse commonstravit.

O rerum minime consonantium consonantiam !

A καὶ παρειμένους βωννύς, καὶ τεθνηκόσι διδοὺς ζωὴν· καὶ τὸ δὴ μέγιστον (ταῦτα γὰρ ἰσως καὶ προφηταὶ κατώρθωσαν), διαῤῥήδην παρρησιαζόμενος καὶ λέγων· Ἐγὼ καὶ ὁ Πατήρ ἐν ἑσμεν. Ἄλλὰ τοῖς μὲν, ὡς ἔφην, πιστοῦται τὸ μεγαλοφυὲς τῆς θεότητος. Ὅτι γε μὴν καὶ ἄνθρωπός ἐστιν ἀληθῶς ὁ αὐτός, οὐδὲ τοῦτο βούλεται λάθειν, προανακόπτων τοὺς τὴν φαντασίαν νοσοῦντας· δεικνὺς ἑναργῶς πάθεισιν ὑπουργῶν· καὶ ποίοις πάθεισιν ; ὅσα δι' ἀσθένειαν, οὐ δι' ἀμαρτίαν τῆ σαρκὶ προσωκείωται, τὸ πεινῆν λέγω, καὶ διψῆν, καὶ ὑπνοῦν καὶ κοποῦσθαι. Ταῦτα γὰρ φύσει, καὶ οὐ προαιρέσει συμβαίνοντα, ἀμαρτίαν τοῖς ὑπομένουσιν οὐ προστρέβεται. Τούτοις οὖν ὁ Κύριος τοῖς ἀναμαρτήτοις πάθεισιν, ἔφησε τὴν ἑαυτοῦ σάρκα πειθαρχεῖν, δεικνὺς σαφῶς ὡς φύσει καὶ ἀληθεῖα, καὶ οὐ δοκῆσει, γέγονεν ἄνθρωπος.

B Τοῦ αὐτοῦ, ἐν τῷ ἱερῷ, ἐν τῇ ἑορτῇ τοῦ Παχῶν. Θεοῦ μὲν ἴδιον τὸ θαυματουργεῖν, καὶ τοῖς στοιχείοις ἐκτάττειν, καὶ τῶν μελλόντων ποιεῖσθαι τὴν προσαγόρευσιν· ἀνθρώπου δὲ ἡμέρου καὶ κοινωνικοῦ, ἢ πρὸς τοὺς γονεῖς τιμῆ, ἢ πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς συνουσία, ἢ πρὸς τοὺς μαθητὰς καὶ γνωρίμους ὁμιλία. Διάτοι ταῦτα ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, καὶ Θεὸς ὢν ἐκ Θεοῦ, καὶ δι' ἡμᾶς γεγονώς ἄνθρωπος, καὶ τὴν τῆς θεότητος ἐπιδείκνυται δύναμιν, καὶ τῆς ἀνθρωπότητος φυλάττει τοὺς νόμους· ὅπερ ἦν τε καὶ ἔστι διὰ τῶν σημείων πιστούμενος, καὶ ὁ γενέσθαι κατηξίωσε, διὰ τῶν ἔργων ἐπιδεικνύ-

C μενος.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐν τῇ τεσσαρακοστῇ τῆς ἀναλήψεως τοῦ Κυρίου ἡμέρᾳ, Παχῶν κε' ἰνδ. θ' εἰς τὸ ῥητόν τοῦ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίου, τὸ λέγον, « Συμφέρει ὑμῖν ἵνα ἐγὼ ἀπέλω. »

Ἄλλ' οἷα καὶ νῦν τὰ παρ' αὐτοῦ πρὸς τοὺς ἀειδίμους μαθητὰς εἰρημένα κατανοήσωμεν, *Συμφέρει ὑμῖν ἵνα ἐγὼ ἀπέλω*. Διὰ τὴν ὑμῶν σωτηρίαν ἐπὶ τῆς γῆς παραγέγονα, διὰ τὴν ὑμῶν ὠφέλειαν πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀνιέναι καλόν. Ἀσώματος κατήλθον δι' ὑμᾶς, ἐκεῖ γενέσθαι μετὰ τοῦ σώματος συμφέρον· πρὸς οὐρανὸν γὰρ ὑμῶν ἐλκύσαι τὸ γένος προήρημαι· δεῖ με μετὰ σαρκὸς τὴν ἐκ δεξιῶν τοῦ Πατρὸς καθέδραν ἀπολαβεῖν· ἐγκαινίσαι με δεῖ τὴν ξένην πορείαν, καὶ δεῖξαι βατὸν τοῖς ἀνθρώποις τὸν οὐρανόν. Ὅδεύω πρῶτος διὰ τοῦ ἀέρος, ἵνα καὶ ὑμεῖς ὕστερον ἀρπαγῆτε εἰς ἀέρα ἐν νεφέλαις εἰς τὴν ἡμετέραν ἀπάντησιν. Καὶ τοῦτον ἀκοῦσαι ῥήθην τὴν ἀναγινώσκοντα, πῶς τὸν ἄνθρωπον διαῤῥήδην βοᾷ δυσχεραίνοντα πρὸς ἀποθίωσιν· καὶ τοῦτον διὰ τοῦ πάθους καὶ τῆς ἀναστάσεως, ἀφθαρσίαν καὶ ἀνακαινισμόν φύσεως λαμβάνοντα καὶ ζωοποίησιν, τὸν πρῶτον πάθεισιν ὑπουργοῦντα καὶ κοπούμενον διὰ τὴν περιειμένην ἀσθένειαν, καὶ πρὸς οὐρανὸν ἔτι ἐλκυσθέντα, καὶ τῆς ἐκ δεξιῶν καθέδρας ἤξειωμένον, καὶ τὴν ξένην πορείαν πρῶτον δραμόντα, καὶ βατὸν πρῶτος ἀνθρώπων τὸν οὐρανὸν ποιήσαντα.

Ἔ τῶν ἀσυμφώνων συμφωνία, ὡ τῶν ἀποσχιστῶν

¹³ Joan. x, 30. ¹⁴ Joan. xvi, 7. ¹⁵ 1 Thess. iv, 16

ἀκούσιος συνάφεια, ὡ τῶν λοιδῶρων, οὐχ ἐκούσιος εὐ-
φημία, ἤγουν συγκατάθεσις! Πῶς κατὰ πάντα οὐκ
ἐδείχθημεν τέκνα τῆς Ἐκκλησίας; Φασὶ δηλονότι, ὁδὸν
οὐκ ἐτρίψαμεν. Πῶς οὐ κατὰ πάντα κατάκριτοι οἱ
τούτοις πᾶσιν ἀπειθοῦντες, ἢ ἀντιλέγοντες; Πῶς οὐ
κατὰ πάντα μεμαρτυρημένη ἡ ἡμετέρα Γραφή γνή-
σιον τῆς ἐκκλησιαστικῆς παραδόσεως γέννημα; Θεὸς
μάρτυς, εἶτα ἀπόστολοι, προφῆται, ἁγίων πατέρων
πολυώνυμος χορὸς.

ΛΟΓΟΣ ΙΑ'.

Καταγραφή περὶ ζῶων Ἰνδικῶν· καὶ περὶ τῆς
Ταπροβάνης νήσου.

ΡΙΝΟΚΕΡΩΣ.

Τοῦτο τὸ ζῶον καλεῖται Ῥινόκερωσ, διὰ τὸ ἐν τοῖς
μυκτῆρσι τὰ κέρατα ἔχειν· ὅτε δὲ περιπατεῖ, σα-
λεύονται τὰ κέρατα· ὅτε δὲ ὄρᾳ μετὰ θυμοῦ, ἀποτεί-
νει αὐτὰ, καὶ ἀσάλευτα εὐρίσκονται, ὥστε καὶ δένδρα
δύνασθαι ἐκρίζουν, τὰ ἐν αὐτοῖς μάλιστα τὸ ἔμπροσ-
θεν. Τοὺς δὲ ὀφθαλμοὺς κάτω περὶ τὰς γνάθους
ἔχει. Φοβερώτατον δὲ ἐστὶ πάνυ μάλιστα καὶ τῷ ἐλέ-
φαντί πως ἀντικείμενον. Οἱ πόδες δὲ καὶ τὸ δέρμα
παραπλήσιά ἐστι τῷ ἐλέφαντι. Ἔχει δὲ καὶ τὸ πά-
χος τοῦ δέρματος αὐτοῦ ξηραίνόμενον, δακτύλους
τέσσαρας, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἐνιοὶ βάλλουσιν ἀντὶ σιδήρου
εἰς τὰ ἄροτρα, καὶ ἀροτριῶσι τὴν γῆν. Καλοῦσι δὲ
αὐτὸ οἱ Αἰθίοπες τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ, Ἄρου ἢ Ἄρισι,
δασύνοντες τὸ δεύτερον ἄλφα, καὶ οὕτω προστιθέν-
τες τὸ ρίσι· ἵνα διὰ τοῦ μὲν Ἄρου, ἢ τὸ θηρίον, διὰ
δὲ τοῦ Ἄρισι, ἀροτριᾶν ἐκ τοῦ σχήματος τοῦ περὶ
τοὺς ῥώθωνας, ἅμα δὲ καὶ τοῦ δέρματος, τὴν ἐπινο-
μίαν αὐτῷ τεθεικότες. Τεθέαμαι δὲ καὶ ζῶντα ἐν τῇ
Αἰθιοπία ἀπὸ μακρὰν ἰστάμενος, καὶ νεκρὸν ἐκδαρὲν
καὶ καταγγισθὲν ἄχυρα καὶ ἰστάμενον ἐν οἴκῳ βασι-
λικῷ, ὅθεν ἀκριδῶς κατέγραψα.

ΤΑΥΡΕΛΑΦΟΣ.

Τοῦτο τὸ ζῶον Ταυρέλαφος καὶ ἐν τῇ Ἰνδία καὶ ἐν
τῇ Αἰθιοπία εὐρίσκεται. Ἄλλὰ τὰ μὲν τῆς Ἰνδίας
ἡμερᾶ εἰσι, καὶ ἐν αὐτοῖς ποιοῦσιν ἐν διασακκίῳ βα-
σταγὰς πεπέρεως καὶ ἐτέρων φορτίων, καὶ γάλα
ἀμέλγουσιν ἐξ αὐτῶν καὶ βούτυρον. Ἄμα δὲ καὶ τὸ
κρέας ἐσθίμεν, οἱ μὲν Χριστιανοὶ σφάζοντες· οἱ δὲ
Ἕλληνας κροταφίζοντες· τὰ δὲ τῆς Αἰθιοπίας ἄγρια
εἰσι· καὶ ἀνήμερα.

ΚΑΜΗΛΟΠΑΡΔΑΛΙΣ.

Ἡ δὲ Καμηλοπάρδαλις ἐν τῇ Αἰθιοπία μόνῃ εὐρί-
σκεται. Καὶ αὗται πάλιν ἀνήμεραι καὶ ἄγριαί εἰσιν.
Ἐν δὲ τῷ παλατίῳ εἰς λόγον τοῦ βασιλέως ἡμεροῦσι
ἀπὸ μικρόθεν μίαν, ἢ δύο, πρὸς θέαν αὐτοῦ. Ὅτε δὲ
παραβάλλουσιν αὐτῇ πιεῖν ἔμπροσθεν τοῦ βασιλέως
εἰς λεκάνην ἢ γάλα ἢ ὕδωρ, εἰ μὴ ἀπλώσει τοὺς ἔμ-
προσθεν δύο πόδας, οὐ δύναται φθάσαι καὶ πιεῖν εἰς
τὴν γῆν, διὰ τὸ καὶ τοὺς πόδας καὶ τὸ στήθος καὶ τὸν
τράχηλον ὑψηλῇ ὑπάρχειν· ἀναλόγως οὖν διασχίζουσα
τοὺς ἔμπροσθεν πόδας τότε δύναται πιεῖν. Καὶ ταῦτα
ὡς οἶδαμεν διεγράψαμεν.

o involuntariam schismaticorum concordiam! o
convitiatorum non spontaneam laudum emissionem
sive consensum! Cur non per omnia Ecclesiae filii
comprobamur? Aiunt scilicet: Viam non trivimus.
Qui non penitus damuandi sint, qui his omnibus
non obtemperant, sed contradicunt? Qua ratione
haec scripta nostra tot testimoniis firmata, ut ger-
manus ecclesiasticae traditionis fetus non habeantur?
Deus testis est; hinc apostoli, prophetae et
sanctorum Patrum celebratissimus chorus.

LIBER XI.

Indicorum animalium descriptio: et de insula
Taprobana.

RHINOCEROS.

Hoc animal, Rhinoceros a cornibus naso haeren-
tibus vocatur; eo autem ambulante, cornua sub-
agitantur: cum autem furore plenum obtuetur,
cornua vibrat, ipsaque immobilia et firma consi-
stunt, ut etiam arbores eradicare possit, cum maxime
a fronte positae sunt. Oculos inferius ad maxillas
positos habet. Terribilissimum porro est atque ele-
phanti maxime inimicum. Pedes atque pellem ele-
phanti similes habet. Pellis ejus exsiccata digitorum
quatuor spissitudinem habet, quae nonnulli vomeris
loco ad aratra utuntur, illaque terram sulcant.
Rhinocerotem Aethiopes propria dialecto, Aru, aut
harisi nuncupant, in secundo vocabulo, denso spi-
ritu alpha pronuntiantes, et risi adjicientes; ut voce
aru ipsum animal significant; voce autem harisi,
figuram narium atque pellem arando opportunam
indicent, hinc illi nomen imponentes. Hujusmodi
animal in Aethiopia vivum eminus conspexi: mor-
tuaeque pellem palea infertam in regia consistentem,
unde licuit accurate describere.

TAURELAPHUS.

Taurelaphus animal in India et in Aethiopia re-
peritur. Sed in India cicures et mansueti sunt:
illisque utuntur ad piperis onera aliasque sarcinas
in saccis deportandas: lac ipsorum emulgent et
butyrum conficiunt. Carnes porro eorum comedi-
mus, Christiani quidem jugulantes, Graeci vero sus-
tibus tundentes: qui in Aethiopia habentur agrestes
et intractabiles sunt.

335 CAMELOPARDALIS.

Camelopardalis in sola Aethiopia reperitur. Hoc
item animal intractabile et agreste est. In palatio
tamen regis ad ejus voluptatem unum aut duo pro
spectaculo a teneris educant. Cum vero praesente
rege lac ipsi vel aquam ad potum in pelvi admo-
vent, nonnisi divaricatis pedibus anterioribus potest
ad potandum inclinari ad terram usque, quia cru-
ribus, pectore et collo altius est. Rem ut accura-
tissime novimus enarramus.

BOS AGRESTIS.

Bos agrestis corpore magnus, animalque Indicum est : ex quo educitur illud, quod *tuffa* vocant, ornandis equis et vexillis usitatum a præfectis militum, cum in campos concedunt. Narrant autem illam, ubi in arbore cauda complicatur ei hæret, non ulterius declinare ; sed ibidem manere, quod vereatur ex cauda vel pilum amittere : quo conspecto incolæ accedunt, et caudam abscindunt : ac tunc illum, cauda penitus amissa, fugere. Ea est animalis natura.

MOSCHUS.

Moschus exiguum animal est, quod incolæ propria dialecto *casturi* nuncupant : ipsum autem insequentes sagittis confodiunt, et sanguinem in umbilico coactum colligantes abscindunt. Hæc quippe pars illa est, in quo fragrantia suavis odoris residet ; id est quod nos *moschus* vocamus, corporis vero residuum abjiciunt.

UNICORNIS.

Hoc animal unicornis appellatur : quod videre quidem non licuit ; sed ejus statuas quatuor æneas in Æthiopia ad regis palatium, quatuor turribus munitum, conspexi : atque inde ejus descriptionem delineationemque adornavi. Terribilem esse feram narrant atque inexpugnabilem, in cornu robur totum habentem. Cum vero multis insequentibus proximum est ut capiatur, deorsum in præcipitia sese conjicit : in lapsu autem ita se convertit, ut cornu totum impetum et ictum excipiat, sicque illæsa evadit. Id ipsum vero de hoc animali Scriptura refert dicens : *Salva me ex ore leonum, et a cornibus unicornium humilitatem meam*¹⁶ ; ac rursum : *Et dilectus quemadmodum filius unicornium*¹⁷ ; iterum in benedictionibus Balaam quibus benedixit Israeli, secundo repetit : *Sic Deus eduxit illum ex Ægypto, ut gloriam unicornis* : sicque robur, fiduciam et gloriam animalis deprædicat.

336 CHÆRELAPHUS et HIPPOPOTAMUS.

Chærelaphum, sive Porcum cervum vidi et comedi. Hippopotamum autem non conspexi, sed dentes ejus prægrandes penes me habui pondo librarum tredecim, quos hic vendidi. Multosque vidi in Æthiopia et in Ægypto.

PIPER.

Hæc est arbor piperis : singulæ autem hujusmodi arbores, alteri præcelsæ arbori infructuosæ hærent complicatæ, quia admodum tenuis debilisque est, perinde atque vitis palmites tenuiores. Singulæ autem botrus duorum foliorum tegumentum habent, quod admodum viride est, rutæque colori simile.

ARGELLIA.

Arbor alia argelliorum, ut vocant, id est nucum grandium Indicarum, ferax est. In nullo autem difert a palma, præterquam quod celsior densior et

A

ΑΓΡΙΟΒΟΥΣ.

Ἄγριοβους ἐστὶ μέγας, τῆς Ἰνδικῆς τοῦτο ζῶον, ἐξ οὗ ἐστὶν ἡ λεγομένη τοῦρα, ἣ κοσμοῦσι τοὺς ἵππους καὶ τὰ βάνδα οἱ ἄρχοντες εἰς τοὺς κάμπους. Φασὶ δὲ περὶ αὐτοῦ ὅτι ἐάν ἀντιλάβηται δένδρον τῆς οὐρᾶς, οὐκέτι κλίνεται, ἀλλ' ἴσταται ἀηδῶς ἔχων ἑᾶσαι μίαν τρίχα ἐξ αὐτῆς· λοιπὸν ἔρχονται οἱ ἐγγῶριοι, καὶ κόπτουσι τὴν οὐρὰν, καὶ τότε φεύγει τὸ πᾶν τῆς οὐρᾶς ἀπολέσας. Αὕτη ἡ φύσις τῷ ζῳῷ.

ΜΟΣΧΟΣ.

Τὸ δὲ μικρὸν ζῶον ἐστὶν ὁ μόσχος· καλοῦσι δὲ αὐτὸ τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ οἱ ἐγγῶριοι *Καστούρι*· διώκοντες δὲ αὐτὸ τοξεύουσι, καὶ τὸ συναγόμενον αἷμα περὶ τὸν ὀμφαλὸν δεσμεύοντες ἀποκόπτουσι. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ μέρος αὐτοῦ τὸ εὐώδες, τουτέστιν, ὁ παρ' ἡμῶν λεγόμενος μόσχος· τὸ δὲ λοιπὸν αὐτοῦ σῶμα ἔξω ῥίπτουσι.

ΜΟΝΟΚΕΡΩΣ.

Τοῦτο τὸ ζῶον καλεῖται μονόκερως, οὐκ ἐθεασάμην δὲ αὐτό· στήλας δὲ αὐτοῦ χαλκᾶς ἀνατιθεμένας ἐν τῇ Αἰθιοπίᾳ ἐν οἴκῳ τετραπύργῳ βασιλικῷ ἐώρακα· διὸ καὶ οὕτως κατέγραψα. Φασὶ δὲ περὶ αὐτοῦ, ὅτι φοβερὸν ἐστὶ καὶ ἀκαταμάχητον ἐν τῷ κέρατι ἔχον τὴν ὅλην ἰσχύν. Καὶ ἡνίκα δόξῃ παρὰ πολλῶν διώκεσθαι, καὶ καταληφθῆ, εἰς κρημνὸν ἐφάλλεται καὶ ῥίπτει ἑαυτὸν ἐκ τοῦ ὕψους, καὶ κατερχόμενον ἀντιστρέφεται, καὶ τὸ κέρας δέχεται τὴν ὅλην ὀρμὴν, καὶ ἀβλαβὲς διαμένει. Τοιαῦτα δὲ καὶ ἡ Γραφή διηγεῖται περὶ αὐτοῦ λέγουσα· *Σῶσόν με ἐκ στόματος λεόντων, καὶ ἀπὸ κερᾶτων μονοκερῶτων τὴν ταπεινωσίν μου*· καὶ πάλιν, *Καὶ ὁ ἠγαπημένος ὡς υἱὸς μονοκερῶτων*· καὶ πάλιν ἐν ταῖς εὐλογίαις τοῦ Βαλαάμ αἷς εὐλόγησε τὸν Ἰσραὴλ, φησὶν ἐκ δευτέρου· *Οὕτως ὁ Θεὸς ὠδήγησεν αὐτὸν ἐξ Αἰγύπτου, ὡς δόξαν μονοκέρωτος*· αὐτῷ διὰ πάντων ἰσχύν καὶ πεποίθησιν καὶ δόξαν μαρτυροῦσα τῷ ζῳῷ.

ΧΟΙΡΕΛΑΦΟΣ καὶ ΙΠΠΟΠΟΤΑΜΟΣ.

Τὸν δὲ χοιρέλαφον καὶ εἶδον καὶ ἔφαγον· τὸν δὲ ἵπποπόταμον οὐκ εἶδον μὲν, ἔχον δὲ ὀδόντας ἐξ αὐτοῦ μεγάλους ὡς ἀπὸ λιτρῶν ἰγ' οὖς καὶ πέπραχα ἐνταῦθα. Πολλοὺς δὲ εἶδον καὶ ἐν τῇ Αἰθιοπίᾳ καὶ ἐν τῇ Αἰγύπτῳ.

ΠΙΠΕΡΙ.

Τοῦτο τὸ δένδρον ἐστὶ τὸ τοῦ πεπέρεως· ἕκαστον δὲ δένδρον ἐτέρῳ ὑψηλῷ ἀκάρπῳ δένδρῳ ἀνακλᾶται· διὰ τὸ λεπτὸν εἶναι πάνυ καὶ ἀσθενὲς, ὡσπερ καὶ τὰ κλήματα τῆς ἀμπέλου λεπτά. Ἐκαστος δὲ βότρυς δίφυλλον ἔχει σκέπον, χλωρὸν δὲ πάνυ ἐστὶν, ὡσπερ ἡ χροῶ τοῦ πηγάνου.

ΑΡΓΕΛΛΙΑ.

Τὸ δὲ ἄλλο τῶν ἀργελλίων ἐστὶ τῶν λεγομένων, τουτέστι τῶν μεγάλων καρύων τῶν Ἰνδικῶν. Παρ' ἀλλάττει δὲ τοῦ φοίνικος οὐδὲν, πλην ὅτι τελειότερον

¹⁶ Psal. xxi, 22. ¹⁷ Psal. xxviii, 6.

ἔστι καὶ ἐν ὕψει καὶ ἐν πάχει καὶ ἐν τοῖς βαλοῖς. Οὐ βάλλει δὲ καρπὸν, εἰ μὴ δύο ἢ τρία σπάθια ἀπὸ τριῶν ἀργελλίων. Ἔστι δὲ ἡ γεῦσις γλυκεῖα πάνυ καὶ ἡδεῖα, ὡς τὰ κάρυα τὰ χλωρά. Ἐξ ἀρχῆς μὲν τοῦ ὕδατος γέμει γλυκεῖος πάνυ, ὅθεν καὶ ἐξ αὐτῶν πίνουσιν οἱ Ἴνδοι ἀντὶ οἴνου. Λέγεται δὲ τὸ πινόμενον Ῥογγοσοῦρα ἢ δὲ πάνυ. Τρυγώμενον δὲ καὶ παραμένον αὐτὸ τὸ ἀργέλλιον, πήγνυται τὸ ὕδωρ αὐτοῦ, κατὰ πρόβασιν τὸ ἐπὶ τὸ ὄστρακον αὐτοῦ, καὶ μένει τὸ ὕδωρ εἰς τὸ μέσον ἀπηκτον, μέχρις ὅτου καὶ αὐτὸ ἐκλίπη. Ἐάν δὲ καὶ πλέον παραμείνη ταγγίζει ὁ καρπὸς αὐτοῦ ὁ πεπηγὼς, καὶ οὐ δύναται ἐτι βρωθῆναι.

ΦΩΚΗ, ΔΕΛΦΙΣ, ΧΕΛΩΝΗ.

Φώκην τὴν λεγομένην καὶ τὸν δελφῖνα καὶ χελώνην ἐσθίομεν κατὰ θάλατταν, εἰ τύχοι πιασθῆναι. Τὸν μὲν δελφῖνα καὶ τὴν χελώνην σφάζοντες ἐσθίομεν τὴν δὲ φώκην οὐ σφάζοντες, ἀλλὰ κροταφίζοντες, ὡς ἐπὶ τῶν ἰχθύων τῶν μεγάλων. Καὶ τὸ μὲν κρέας τῆς χελώνης, ὡς προβάτου ἔστι μελαμψόν· τὸ δὲ τοῦ δελφίνου, ὡς χοίρου, μελαμψόν δὲ καὶ βρομῶδες· τὸ δὲ τῆς φώκης, ὡς χοίρου, λευκόν, καὶ ἀδρομον.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΑΠΡΟΒΑΝΗΣ ΝΗΣΟΥ.

Αὕτη ἔστιν ἡ νῆσος ἡ μεγάλη ἐν τῇ ὠκεανῷ, ἐν τῷ Ἰνδικῷ πελάγει κειμένη· παρὰ μὲν Ἰνδοῖς καλουμένη Σιελεδίθα, παρὰ δὲ Ἕλλησι, Ταπροβάνη· ἐν ἣ εὐρίσκεται ὁ λίθος ὁ ὑάκινθος· περαιτέρω δὲ κεῖται τῆς χώρας τοῦ πεπέρεως. Πέριξ δὲ αὐτῆς εἰσὶ τινες νῆσοι μικραὶ πολλαὶ πάνυ, πᾶσαι δὲ γλυκὺ ὕδωρ ἔχουσαι, καὶ ἀργέλλια. Ἀσσοβαθαὶ δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον πᾶσαι εἰσιν. Ἐχει δὲ ἡ νῆσος ἡ μεγάλη, καθὼς φασιν οἱ ἐγχώριοι, γαῦδια τριακόσια εἰς τε μήκος ὁμοίως καὶ πλάτος, τουτέστι μίλια ἑννακόσια. Δύο δὲ βασιλεῖς εἰσιν ἐν τῇ νήσῳ, ἐναντίοι ἀλλήλων· ὁ εἰς ἔχων τὸν ὑάκινθον, καὶ ὁ ἕτερος τὸ μέρος τὸ ἄλλο, ἐν ᾧ ἔστι τὸ ἐμπόριον καὶ ὁ λιμὴν· μέγα δὲ ἔστι καὶ τῶν ἐκεῖσε ἐμπόριον. Ἐχει δὲ ἡ αὐτὴ νῆσος καὶ Ἐκκλησίαν τῶν ἐπιδημούντων Περσῶν Χριστιανῶν, καὶ πρεσβύτερον ἀπὸ Περσίδος χειροτονούμενον, καὶ διάκονον, καὶ πᾶσαν τὴν ἐκκλησιαστικὴν λειτουργίαν. Οἱ δὲ ἐγχώριοι καὶ οἱ βασιλεῖς, ἀλλόφυλοι εἰσιν. Περὰ δὲ πολλὰ ἔχουσιν ἐν αὐτῇ τῇ νήσῳ· εἰς ἐν δὲ ἱερὸν αὐτῶν ἐφ' ὑψηλοῦ κείμενον, ἔστιν ἐν ὑάκινθιν, ὡς φασι, πυρρόυν καὶ μέγα, ὃν ὡς στρόβιλος μέγας· καὶ λάμπει μακρόθεν, μάλιστα τοῦ ἡλίου αὐτὸν περιλάμποντος, ἀτίμητον θέαμα ὂν. Ἐξ ὅλης δὲ τῆς Ἰνδικῆς καὶ Περσίδος καὶ Αἰθιοπίας, δέχεται ἡ νῆσος πλοῖα πολλὰ, μέτρη τις οὔσα, ὁμοίως καὶ ἐκπέμπει.

Καὶ ἀπὸ μὲν τῶν ἐνδοτέρων, λέγω δὲ τῆς Τζινίστας καὶ ἐτέρων ἐμπορίων, δέχεται μέταξιν, ἀλοήν, καρυόφυλλον, τζανδάναν, καὶ ὅσα κατὰ χώραν εἰσὶ· καὶ μεταβάλλει τοῖς ἐξωτέρω, λέγω δὲ τῇ Μαλῆ, ἐν ἣ τὸ πέπερι γίνεται, καὶ τῇ Καλλιάνῃ, ἐνθα ὁ χαλκὸς γίνεται, καὶ σησαμινὰ ξύλα, καὶ ἕτερα ἰμάτια· ἔστι γὰρ καὶ αὕτη μέγα ἐμπόριον. Ὅμοίως καὶ Σινδοῦ, ἐνθα ὁ Μόσχος ἢ τὸ Καστόριν, καὶ τὸ Ἄν-

ramis gradioribus est. Fructum autem non alium parit, quam duas tresve spathas et totidem argellia. Sapor vero perinde suavis et dulcis est, atque nucum tenerarum. Initio autem aqua suavissimi saporis turgida est, quæ vini loco Indis potum præbeat. Liqueorem porro hujusmodi vocant bonchosura, estque plane dulcissimus. Postquam autem argellium decerptum est, si ita maneat, progressu temporis ad testam figitur, aqua vero in medio liquida perseverat, donec et ipsa defecerit. Quod si diutius maneat, tandem rancescit, neque humano esui ultra valet.

PHOCA, DELPHIS, TESTUDO.

Phocam, delphinem et testudinem comedimus ad oram maris, si capi contingat. Delphinem vero et testudinem jugulantes edimus, phocam vero non jugulatam, sed contusam ictibus, ut in piscibus prægrandibus fieri solet. Testudinis autem caro, sicut ovilla nigricans est; delphinis ut porci, nigricans et olida; phocæ, ut porci, alba, et non olida.

DE TAPROBANA INSULA.

Hæc magna est Oceani insula, in mari Indico sita: quæ ab Indis Sielediva; a Græcis Taprobana vocatur, ubi lapis hyacinthus reperitur: jacetque ultra piperis regionem. Exiguas vero alias insulas circumpositas habet ingenti numero: quarum singulæ aqua dulci fruuntur, argelliis item instructæ, ac alia aliam proxime sitæ. Illa porro **337** magna insula, ut narrant incolæ, est longitudine trecentorum gaudiorum; latitudine totidem, nempe milliarium nongentorum. Duo reges in insula dominantur, mutuo infesti: quorum alius hyacinthi regionem, alius reliquam insulæ partem obtinet, in qua emporium et portus habetur, a finitimis quoque maxime frequentatur. Exstat etiam ea in insula Ecclesia Christi advenarum ex Perside, ac presbyter in Perside ordinatus eoque missus, diaconus item cum reliquo ecclesiastico ministerio. Indigenæ vero et una reges alieni cultus sunt. Multa in hac insula templa visuntur; in aliquo autem ipsorum delubro hyacinthus, ut aiunt, edito in loco positus, rutilus ac prægrandis suspicatur, ad strobili spissitudinem accedens, qui, sole maxime illustrante, procul admodum effulget, inæstimabile sane spectaculum. Ex universa porro India, Perside et Æthiopia, multam navium frequentiam excipit insula, utpote quæ in medio omnium posita sit; multasque similiter ultro citroque mittit.

Ab interioribus vero partibus, nempe a Sina et ab aliis emporiis, sericum, aloen, caryophyllum, et tzandanam mutuatur, necnon alias illarum regionum merces, quas illa ad exterius positas gentes transmittit, ad Malen videlicet, in qua piper nascitur, ad Callianam, ubi xs oritur, necnon ligna sesamina, et alia ad vestitum apta: est namque ipsa magnum emporium. Similiterque ad Sindum,

ubi Moschus sive Castorin, et Androstachys ; et ad Persidem, ad Homeriten, et Adulem : ac mutuo a singulis illis emporiis alia accipit, quæ ad interiores Indos transfert : suaque item eo transmittit. Sindu autem est Indiæ principium. Nam Indus fluvius, id est, Phison, qui in sinum Persicum exoneratur, Persidem ab India dirimit. Celebriora porro Indiæ emporia isthæc sunt, Sindu, Orrhotha, Calliana, Sabor, et Male, quinque emporia habens, quibus piper emittitur, Parti, Mangaruth, Salopatana, Nalopatana, Pudapatana. Ulterius vero itinere quinque circiter dierum et noctium, sita est Sielediva, id est, Taprobana. Deinde ulterius in continenti est Marallo, quæ cochleas ; Caber, quæ alabandenum emittit : hinc, regio unde caryophyllon exit ; deinde Sina unde sericum advehitur ; ulterius vero nulla regio est : nam Oceanus illam ad orientem ambit.

Hæc itaque insula Sielediva, in medio circiter Indiæ posita, quæ hyacinthum profert, ex omnibus emporiis merces accipit, omnibus impertit, magnam et ipsa quoque emporium. Contigit autem aliquando ut **338** cum quidam ex nostratibus, qui mercaturam exercebat, nomine Sopater, quem ante triginta quinque annos obiisse comperimus, negotiationis causa in Taprobanam insulam ingressus esset, ex Perside item navicula eodem appelleret. Excensum fecerunt Adulitani, quibuscum erat Sopater ; idemque præstitere Persæ, quibuscum Persarum orator aderat. Hinc pro more solito optimates et publicani, hos exceptos regi sistunt. Admissos in conspectum rex, postquam debitum salutandi obsequium præstiterant, sedere jubet. Hinc percontatur : Qui regiones vestræ, qui res et negotia se habent ? Optime, inquit illi. Postea cum inter loquendum rex sciscitaretur : Quis e regibus vestris major et potentior ? Nec mora, Persa respondet : Noster potentior, major, opulentior et rex regum est, et quidquid pro lubito facere valet. Sopater autem silebat. Tum rex : Tu, Romane, nihil loqueris ? Cui Sopater : Quid mihi dicendum superest, quando hic talia protulit. Si velis rei veritatem explorare, utrumque hic regem habes, singulos considera, et videbis quis clarior et potentior. His ille auditis obstupefactus ait : Qua ratione utrumque hic regem habeo ? Infit ille : Utriusque sane monetas, hujus nomisma, illius drachmam, id est milliarense : utriusque imaginem perpende, et veritatem comperies. Ille monentem laudans et annuens, jussit utrumque produci. Erat porro nomisma rutilum, splendidum, forma pulchrum : nam hujusmodi selecta istuc exportantur ; milliarense autem argenteum erat, nec, ut paucis dicam, aureo nummo comparandum. Rex adversam et obversam partem conspicatus, ac utrumque nummum specularatus, numisma laudibus extulit, aitque : Sane Romani splendidi ac potentes sunt, prudentiaque valent Jussitque Sopatrum honore affici, ac ele-

δροστάχην, καὶ τῇ Περσίδι, καὶ τῷ Ὀμηρίτῃ, καὶ τῇ Ἀδούλῃ· καὶ πάλιν τὰ ἀπὸ ἐκάστου τῶν εἰρημένων ἐμπορίων δεχομένη, καὶ τοῖς ἐνδοτέρω μεταβάλλουσα, καὶ τὰ ἴδια ἅμα ἐκάστῳ ἐμπορίῳ ἐκπέμπουσα. Ἡ Σινδοῦ δὲ ἐστὶν ἀρχὴ τῆς Ἰνδικῆς. Διαρρεῖ γὰρ ὁ Ἰνδὸς ποταμὸς, τουτέστιν, ὁ Φεισὼν, εἰς τὸν κόλπον τὸν Περσικὸν, ἔχων τὰς ἐκβολὰς, τὴν τε Περσίδα, καὶ τὴν Ἰνδιάν. Εἰσὶν οὖν τὰ λαμπρὰ ἐμπόρια τῆς Ἰνδικῆς ταῦτα· Σινδοῦ, Ὀρρόθῃ, Καλλιάνῃ, Σιδῶρ, ἡ Μαλὲ, πέντε ἐμπόρια ἔχουσα βάλλοντα τὸ πέπερι, Πάρτι, Μαγγαροῦθ, Σαλοπάτανα, Ναλοπάτανα, Πουδαπάτανα. Λοιπὸν ἔξω ὡς ἀπὸ πέντε νυχθημέρων τῆς στερεᾶς εἰς τὸν Ὠκεανὸν, ἐστὶν ἡ Σιελεδίδα, τουτέστιν, ἡ Ταπροβάνη. Εἶτα λοιπὸν εἰς τὴν στερεάν ἐμπόριον, ἡ Μαραλλῶ, βάλλουσα κοχλίους, ἐστὶ Καθέρ, βάλλουσα τὸ ἀλαβανδηνόν, εἶτα ἐφεξῆς λοιπὸν τὸ καρυόφυλλον· καὶ τὸ λοιπὸν ἡ Ἐζινίστα τὴν μετὰ ξιν βάλλουσα· ἥς ἐνδοτέρω, οὐκ ἐστὶν ἑτέρα χώρα· ὁ Ὠκεανὸς γὰρ αὐτὴν κυκλοῖ κατὰ ἀνατολὰς.

Αὕτη οὖν ἡ Σιελεδίδα, μέση πως τυγχάνουσα τῆς Ἰνδικῆς, ἔχουσα δὲ καὶ τὸν ὑάκινθον, ἐξ ὧν τῶν ἐμπορίων δέχεται, καὶ ὅλοις μεταβάλλει, καὶ μέγα ἐμπόριον τυγχάνει. Ποτὲ γοῦν τις ἀπὸ τῶν ἐνταῦθα πραγματευομένων ὀνόματι Σώπατρος, ὃν ἴσμεν πρὸ λε' ἐτῶν τελευτήσαντα, εἰσελθὼν ἐν τῇ Ταπροβάνῃ νήσῳ πραγματείας ἕνεκα, ἔτυχε καὶ ἀπὸ Περσίδος ὀρμησαί πλοῖον. Κατῆλθον οὖν οἱ ἀπὸ Ἀδούλης, μεθ' ὧν ἦν ὁ Σώπατρος, κατῆλθον καὶ οἱ ἀπὸ Περσίδος, μεθ' ὧν ἦν καὶ πρεσβύτης Περσῶν. Εἶτα κατὰ τὸ ἔθος οἱ ἄρχοντες καὶ οἱ τελῶναι, δεξάμενοι τούτους, ἀποφέρουσι πρὸς τὸν βασιλέα. Ὁ δὲ βασιλεὺς δεξάμενος, καὶ προσκυνηθεὶς, κελεύει αὐτοὺς καθεσθῆναι· εἶτα ἐρωτᾷ, Πῶς αἱ χώραι ὑμῶν, καὶ πῶς τὰ πράγματα ; Οἱ δὲ εἶπον, καλῶς. Εἶτα ὡς ἐν τῷ μεταξὺ, ἠρώτησεν ὁ βασιλεὺς, Ποῖος τῶν βασιλέων ὑμῶν μειζότερος καὶ δυνατώτερος ; Ὁ δὲ Πέρσης ἀρπάσας τὸν λόγον ἔφη· Ὁ ἡμέτερος, καὶ δυνατώτερος καὶ μειζότερος, καὶ πλουσιώτερος, καὶ βασιλεὺς βασιλέων ἐστὶ· καὶ εἴ τι θέλει, δύναται. Ὁ δὲ Σώπατρος ἐσιώπα. Εἶτα φησὶν ὁ βασιλεὺς· Σὺ, Ῥωμεῦ, οὐδὲν λαλεῖς ; Ὁ δὲ Σώπατρος, Τί ἔχω εἰπεῖν, τούτου ταῦτα εἰπόντος ; Εἰ θέλεις μαθεῖν τὴν ἀλήθειαν, ἔχεις ἀμφοτέρους τοὺς βασιλέας ἐνταῦθα· κατανόησον ἕκαστον, καὶ ὁρᾷς ποῖος λαμπρότερος, καὶ δυνατώτερός ἐστιν. Ἐκεῖνος ἀκούσας ἐξενίσθη λόγῳ, πῶς ἔχω τοὺς ἀμφοτέρους βασιλέας ἐνταῦθα ; Ὁ δὲ εἶπεν, ἔχεις ἀμφοτέρων τὰς μονίτας, τοῦ μὲν τὸ νόμισμα, τοῦ δὲ τὴν δραχμὴν, τουτέστι τὸ μιλιάρσιον· κατανόησον τῇ εἰκόνι ἐκάστου, καὶ ὁρᾷς τὴν ἀλήθειαν. Ὁ δὲ ἐπαινέσας καὶ ἐπινεύσας, ἐκέλευσεν ἐνεχθῆναι ἀμφοτέρα. Ἦν οὖν τὸ νόμισμα εὐρότζον, λαμπρὸν εὐμορφον· τοιαῦτα γὰρ ἐκλεκτὰ προχωροῦσιν ἐκεῖ· ἦν δὲ καὶ τὸ μιλιάρσιον ἅπαξ εἰπεῖν, ἀργυρος, καὶ ἀρχεῖ, μὴ συγκρινόμενος τῷ χρυσίῳ. Στρέψας δὲ ὁ βασιλεὺς καὶ ἀντιστρέψας, καὶ κατανοῶν ἀμφοτέρα, ἐπαινέσας πάνυ τὸ νόμισμα, ἔφη, ὄντως οἱ Ῥωμαῖοι καὶ λαμπροὶ καὶ δυνατοὶ καὶ φρόνιμοι. Ἐκέλευσεν οὖν τὸν Σώπατρον τιμηθῆναι μεγάλως, καὶ καθίσας αὐτὸν εἰς ἐλέφαντα, μετὰ τυμπά-

νων τὴν πόλιν περιῆγεν ἐν τιμῇ πολλῇ. Ταῦτα ὁ Σώπατρος ἡμῖν διηγήσατο, καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ ὄντες ἐν τῇ νήσῳ ἐκείνῃ ἀπὸ Ἀδούλης ἐπελθόντες. Τούτων δὲ γενομένων, ὡς ἔφησαν, ὁ Πέρσης πάνυ ἐνετράπη.

Μεταξὺ δὲ τῶν λαμπρῶν ἐμπορίων τῶν προρρήθέντων, εἰσὶ καὶ ἕτερα ἐμπόρια πολλά, καὶ παραθαλάττια καὶ μεσόγεια, καὶ πολλὴ χώρα. Ἀνώτεροι δὲ, τουτέστι, βορειότεροι, τῆς Ἰνδικῆς, εἰσὶ λευκοὶ Οὐννοὶ, ὁ λεγόμενος Γολλάς ἐκβάλλων εἰς πόλεμον, ὡς φασίν, οὐκ ἔλαττον τῶν β' ἐλεφάντων, καὶ ἵππων πολλήν· κατακρατεῖ δὲ καὶ τῆς Ἰνδικῆς καταδυναστεύων, καὶ φόρους ἀπαιτῶν. Ποτὲ γοῦν, ὡς φασίν, βουλόμενος πόλιν τῶν Ἰνδῶν μεσόγειον πορθῆσαι· τῆς δὲ πόλεως κύκλῳ ὕδατι φρουρουμένης, αὐτὸς ἱκανὰς ἡμέρας περικαθίσας, καὶ φρουρήσας, καὶ ἀναλώσας τὸ ὕδωρ διὰ τῶν ἐλεφάντων καὶ ἵππων, καὶ στρατοπέδου, ὕστερον διὰ ξηρᾶς περάσας, τὴν πόλιν παρέλαθεν. Οὗτοι καὶ τὸν σμάραγδον λίθον ἀγαπῶσι, καὶ εἰς τὸν στέφανον αὐτὸν φοροῦσιν. Εἰσφέρουσι γάρ οἱ Αἰθίοπες, συναλλαγὰς ποιῶντες μετὰ τῶν Βλεμμύων ἐν τῇ Αἰθιοπία, τὸν αὐτὸν λίθον ἕως εἰς τὴν Ἰνδιάν· καὶ αὐτοὶ τὰ καλλιστεύοντα ἀγοράζουσι. Καὶ ταῦτα πάντα, τὰ μὲν πείρα μαθὼν ἐξηγησάμεν, καὶ διέγραψα, τὰ δὲ καὶ ἐγγὺς τῶν τόπων γενομένου, ἀκριβῶς μεμαθηκῶς ἐξεῖπον.

Οἱ δὲ κατὰ τόπον βασιλεῖς τῆς Ἰνδικῆς, ἔχουσιν ἐλέφαντας, οἷον ὁ τῆς Ὀρροθά, καὶ ὁ Καλλιανῶν, καὶ ὁ τῆς Σινδοῦ, καὶ ὁ τῆς Σιδῶρ, καὶ ὁ τῆς Μαλέ· ὁ μὲν ἑξακόσια, ὁ δὲ πεντακόσια, ἕκαστος, πλέον ἢ ἔλαττον. Ὁ δὲ τῆς Σιελεδίθα, καὶ τοὺς ἐλέφαντας (sic) οὗς ἔχει, καὶ τοὺς ἵππους· τοὺς μὲν ἐλέφαντας, πηχισμῶ ἀγοράζει· μετρεῖται γὰρ ἀπὸ τῶν χαμαὶ τὸ ὕψος αὐτοῦ, καὶ οὕτω συμφωνεῖ τῷ πήχει, παρέχων, φέρε εἰπεῖν, πεντήκοντα ἢ ἑκατὸν νομίσματα, ἢ καὶ πλέον· τοὺς δὲ ἵππους ἀπὸ Περσίδος φέρουσιν αὐτῷ, καὶ ἀγοράζει, καὶ τιμᾷ ἀτέλειαν τοὺς φέροντας. Οἱ δὲ καὶ εἰς τὴν στερεάν βασιλεῖς, ἡμεροῦσιν ἐκ τοῦ ἀγροῦ τοὺς ἐλέφαντας, καὶ κτῶνται αὐτοὺς εἰς πολεμικὴν χρεῖαν· συμβάλλουσι δὲ καὶ μάχην ἐλεφάντων πολλάκις, θεωροῦντος τοῦ βασιλέως. Μεσάζουσι γὰρ τοὺς δύο ξύλον μέγα πλάγιον, δεδεμένον εἰς ἄλλα δύο ξύλα ὀρθία, φθάνοντα ὡσπερ εἰς τὸ στήθος αὐτῶν. Καὶ ἴστανται πολλοὶ ἐνθεν κάκειθεν ἄνθρωποι, μὴ ἐὼντες αὐτοὺς συμμίξαι ἀλλήλοις, καὶ συμβάλλουσιν αὐτοὺς, καὶ ταῖς προβοσκίαι τύπτουσιν ἀλλήλους, μέχρι ὃ πρότερος αὐτῶν παραιτήσεται. Ὀδόντας δὲ μεγάλους οἱ Ἰνδικοὶ οὐκ ἔχουσιν, ἀλλὰ καὶ ἐὰν σχῶσι, πρίζουσιν αὐτοὺς διὰ τὸ βάρος, ἵνα μὴ βαρῆ αὐτοὺς ἐν τῷ πολέμῳ. Οἱ δὲ Αἰθίοπες οὐκ ἴσασιν ἡμερῶσαι ἐλέφαντας· ἀλλ' εἰ τύχοι θελήσαι τὸν βασιλέα ἕνα ἢ δεύτερον πρὸς θέαν, μικροὺς πιάζουσι καὶ ἀνατρέφουσιν. Ἐχει γὰρ ἡ χώρα αὐτῶν πλῆθος καὶ μεγάλους ὀδόντας ἔχοντας. Ἐκ τῆς γὰρ Αἰθιοπίας καὶ εἰς Ἰνδιάν πλοῖζονται ὀδόντες, καὶ ἐν Περσίδι, καὶ ἐν τῷ Ὀμηρίτῃ, καὶ ἐν τῇ Ῥωμανίᾳ. Καὶ ταῦτα παρεληφῶς ἔγραψα. Πᾶσαν δὲ τὴν Ἰνδικήν, καὶ τὴν Οὐννίαν διαιρεῖ ὁ Φεισῶν ποταμὸς. Καλεῖται γὰρ ἐν τῇ θείᾳ

A phanti insidentem cum tympanis per totam urbem circummagi, et magnifice celebrari. Hæc narrabant nobis tum Sopater ipse, tum et socii vectores, qui ex Adule eandem in insulam concesserant. His vero peractis, ut aiebant, Persa pudore suffusus mansit.

Inter hæc jam memorata emporia, alia bene multa sunt, tam maritima quam mediterranea, ac perampla sane regio. Superiorem, seu septentrioni viciniorem partem occupant Hunni, candido corpore, quorum rex Gollas dictus, bis mille elephantos, equitatumque multum ad bellum educit: hic Indiæ imperat, et late tributa exigit. Ferunt autem illum, Indorum urbem mediterraneam diripere cupientem, cum urbs aquis circummuniretur, postquam obsidione **339** diuturna, elephantorum, equorum ac militum copia, aquas exhausisset, sicco demum pede urbem cepisse. Hi smaragdo lapide delectantur, quem ornatus causa in corona gestant. Quorum lapidum commercium eadem in regione exercent Æthiopes, qui illos a Blemmyis, Æthiopica item gente, facta commutatione, mutantur. indeque in Indiam usque exportant, in pretiumque pulcherrimas merces referunt. Hæc porro omnia partim expertus narravi ac descripsi, partim proxime loca peregrinatus, accuratissime explorata retuli.

Alii item variarum Indiæ nationum et locorum reges elephantos etiam habent; verbi causa, reges Orrhothæ, Callianorum, Sindu, Sibor et Malæ; alii plus minus sexcentos, quingentos alii. Rex autem Sieledivæ cum elephantos, tum equos pretio emit. Elephantos quidem, cubito metitur, ac pro ratione altitudinis pretium solvit, ac vulgo ad quinquaginta vel centum aureos vel plus numerat; equos autem ex perside advectos emit, ac negotiatoribus vectigalium immunitatem concedit. Reges vero in continenti Indiæ imperantes, elephantos ex agro eductos cicurant, et ad bellicum usum servant, pugnamque elephantorum, ipsis spectantibus, plerumque committunt. Elephantos autem congressuros, sublimi transversa trabe, duobus hinc inde lignis erectis imposita et colligata, disterminant; ita ut trabes illa ad elephantorum pectus pertingat, astante ultro citroque multa hominum turba; nec patiuntur elephantos mutuo commisceri. Tum elephantos utrinque concitant, qui se mutuo proboscide ferunt, donec alter eorum pugnam detrectet. Elephantum autem Indici prolixos dentes non habent: nam etsi habeant, secantur ab Indis, ne eorum pondere graventur in prælio. Æthiopes porro nesciunt elephantos cicurare; sed si unum alterumve rex ad spectaculum expetat, parvos tenerosque capiunt et educant. Nam regio illorum elephantis, magnis dentibus instructis, abundat: ac hujusmodi dentes ex Æthiopia in Indiam, Persidem, itemque in Homeriten, et in totam Romanam ditionem navibus exportantur. Hæc ex aliorum narratu descripsi. Totam Indiam et Hunniam Phison fluvius diri-

mit. Indica quippe regio in sacra Scriptura *Evilat* vocatur : nam ita scriptum est in Genesi : *Fluvius autem egreditur ex Edem ad irrigandum paradysum. Inde dividitur in quatuor principia : nomen uni Phison ; hic est qui circuit omnem terram Evilat : ibi est aurum ; aurum vero regionis illius bonum, ibi est carbunculus et lapis prasinus* ¹⁸ : ubi illam aperte terram *Evilat* nuncupavit. Hic porro **340** *Evilat* ex genere Cham est ; sic enim iterum scribitur : *Filii Cham, Chus et Mesraim, Phud et Chanaan : filii Chus, Sabat et Evilat* ¹⁹, id est, Homeritæ et Indi, Saba quippe in Homerite sita est, et *Evilat* in India. Has enim duas regiones Persicus sinus dirimit. Illa vero terra aurum, ait Scriptura, profert : habet item lapidem pazerotem, quem vocat carbunculum, itemque jaspidem, quem prasinum lapidem nuncupat ²⁰. Aperte igitur divina Scriptura, utpote vere divina, res enuntiat, ut ex recensitis omnibus palam est.

A Γραφή ἡ γῆ τῆς Ἰνδικῆς χώρας, *Εὐιλὰτ*· οὕτως γὰρ γέγραπται ἐν τῇ Γενέσει, *Ποταμὸς δὲ ἐκπορεύεται ἐξ Ἐδέμ ποτίζειν τὸν παράδεισον. Ἐκεῖθεν ἀφορίζεται εἰς τέσσαρας ἀρχάς· ὄνομα τῷ ἐντὶ, Φεισῶν, οὗτος ὁ κυκλῶν πᾶσαν τὴν γῆν Εὐιλὰτ· ἐκεῖ οὖν ἐστὶ τὸ χρυσίον, τὸ δὲ χρυσίον τῆς γῆς ἐκείνης καλόν· ἐκεῖ ἐστὶν ὁ ἀνθραξ, καὶ ὁ λίθος ὁ πράσινος· γῆν Εὐιλὰτ σαφέστερον αὐτὴν ὀνομάσας. Οὗτος δὲ Εὐιλὰτ ἐκ τοῦ Χάμ ἐστὶν· οὕτω γὰρ πάλιν γέγραπται, *Οἱ υἱοὶ Χάμ, Χοὺς καὶ Μεσραῖμ, Φουδ καὶ Χαναάν· υἱοὶ δὲ Χοὺς, Σαβᾶ καὶ Εὐιλὰτ*· τουτέστιν, Ὀμηρίται καὶ Ἰνδοί. Ἡ Σαβᾶ γὰρ ἐν τῷ Ὀμηρίτῃ κεῖται, καὶ Εὐιλὰτ ἐν τῇ Ἰνδία ἐστὶ. Τὰς δύο γὰρ ταύτας χώρας ὁ Περσικὸς κόλπος διαιρεῖ. Ἐχει δὲ καὶ ἡ γῆ ἐκείνη τὸ χρυσίον, κατὰ τὸ ἱερὸν Γράμμα· ἔχει καὶ τὸν πεζέρωτα λίθον· αὐτὸν γὰρ καλεῖ ἀνθρακα, ἔχει καὶ τὸν ἰάσπιν· τοῦτον γὰρ εἶπε λίθον πράσινον. Σαφέστερον οὖν ἡ θεία Γραφή, ὡς ὄντως θεία, διηγείται τὰ πράγματα, καθὰ καὶ πᾶσα ἡ πραγματεία δηλοῖ.*

MONITUM.

Monitum lectorem volumus hunc duodecimum *Cosmæ Indicopleustæ* librum, qui in codice Laurentiano habetur, sed mutilus in fine, in Vaticano octavi vel noni sæculi codice non exstare. Nam, ut videas in decursu operis, hæc variis temporibus ab auctore conscripta sunt : qui cum initio quinque solum libros de mundi schemate edidisset ; sub hæc obstrepentibus iis qui pro adversa opinione pugnabant, sextum librum addidit, postea vero septimum, octavum, nonum, etc., interpositis ad singulos spatiiis. Siquidem non quiescentibus adversariis et objecta nova subinde afferentibus, pro virili *Cosmas*, novis pristino operi adjectis libris, repugnantibus, ut poterat, respondebat : et quia verisimile est, jam editorum exemplaria manasse priusquam novos ille libros pristinis adjungeret, hinc factum videtur, ut exemplar illud ad cuius fidem Vaticanus codex exscriptus fuit, ante, quam duodecimus liber adjectus fuisset, in publicum usum cederet. Neque abs re fuerit indicare, *Cosmæ* Indicopleusten, non modo confectis jam libris adjecisse novos, sicubi casus postularet, sed etiam multa mutasse, adjecisse, rescuisse, ad marginem notasse : unde evenit, ut Vaticanus cum Laurentiano non prorsus consentiat : nam, ut jam monuimus, exemplar illud ad cuius fidem Vaticanus exscriptus est, initium operis longe brevius effert, quam Laurentianus : unde palam sit exemplar *Cosmæ* unde Laurentianus ille codex emanavit, posterioribus ejusdem curis retractatum et auctum fuisse.

LIBER XII.

Alius item liber, declarans multos exterorum veterum scriptorum, divinarum Scripturarum per Moysen et prophetas editarum antiquitatem testificari : itemque Græcos omnium postremos literas edidicisse videri, altiusque defixam circa divinas Scripturas incredulitatem retinere.

In Chaldaicis libris Berosi et quorundam aliorum scriptum est, decem reges apud illos annorum myriadibus bis mille ducentis quadraginta duabus regnasse ; sub rege autem eorum decimo Xisuthro, ut vocant, magnum diluvium exstitisse, Xisuthrumque cum uxore et consanguineis, ac brutis animantibus Dei monitu, nave conscensa, servatum, ut narrant, in montibus Armeniæ consedissee, ac post diluvium in gratiarum actionem hostias diis immolasse : totam pene Moysis historiam alienam in formam transferentes. Homines quippe annis 2242 per decem generationes in illa ulterius posita terra manserunt : ac sub Noe, qui decimus erat,

C

ΛΟΓΟΣ ΙΒ΄.

Ἔτι ἕτερος λόγος σημαίνει ὅτι πολλοὶ τῶν ἐξωθεν ἀρχαίων συγγραφέων μαρτυροῦσι τῇ ἀρχαιότητι τῶν θείων Γραφῶν τῶν διὰ Μωϋσέως καὶ τῶν προφητῶν εἰρημένων, καὶ ὅτι ὕστερον πάντων οἱ Ἕλληνες φαίνονται μεμαθηκότες γράμματα, καὶ περὶ τῶν θείων Γραφῶν ἐξοριζωμένην ἔχοντες τὴν ἀπιστίαν.

Ἐν τοῖς Χαλδαϊκοῖς γράμμασι Βηρώσου καὶ ἐτέρων τινῶν γέγραπται οὕτως· ὅτι ἑ βασιλεῖς ἐβασίλευσαν παρ' αὐτοῖς ἐτῶν μυριάδας βσμβ'. ἐπὶ δὲ τοῦ δεκάτου βασιλέως Ξισούθρου, παρ' αὐτῶν οὕτω καλουμένου, γενέσθαι ἐφησαν μέγαν κατακλυσμὸν, ἐμβάντα δὲ εἰς πλοῖον τὸν Ξισούθρον σὺν τῇ γαμετῇ καὶ τοῖς συγγενέσι, καὶ τοῖς ἀλόγοις, χρηματισθέντα ὑπὸ Θεοῦ καὶ διασωθέντα λέγουσιν ἐπὶ τὰ ὄρη τῆς Ἀρμενίας, καὶ μετὰ τὸν κατακλυσμὸν θύσαντα θυσίας εὐχαριστηρίους τοῖς θεοῖς, πάντα σχεδὸν μεταπλάσαντες τὰ Μωσέως. βσμβ' γὰρ προσέτι δέκα γενεάς ἔμειναν ἐν τῇ πέραν γῆ οἱ ἄνθρωποι, καὶ ἐπὶ τοῦ δεκάτου, λέγω δὴ τοῦ Νῶε γενομένου τοῦ

¹⁸ Gen. ii, 10, 12. ¹⁹ 1 Paral. i, 9. ²⁰ Gen. ii, 12.

κατακλυσμοῦ, μετέβησαν διὰ τῆς κιβωτοῦ. Τοῦτον γὰρ τὸν Νῶε, αὐτοὶ καλοῦσι Ξίσουθρον. Τὰς ἡμέρας δὲ εἰς ἔτη μεταπλάσαντες δισχιλίας διακυσίας μβ' μυριάδας ἑτῶν ζήσαντας τοὺς ἑ βασιλεῖς εἶπον· ἄπερ ὁ Μωϋσῆς ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως τοῦ κατακλυσμοῦ τοῦ Νῶε βσμβ' ἔτη ἠρέθμησεν. Ὁμοίως Τίμαιος ὁ φιλόσοφος οὕτω καὶ αὐτὸς διαγράφει τὴν γῆν ταύτην κυκλουμένην ὑπὸ τοῦ Ὠκεανοῦ, καὶ τὸν Ὠκεανὸν ὑπὸ τῆς πέραν γῆς. Ἀτλαντίδα γὰρ νῆσόν τινα ὑποτίθεται ὑπὸ τὴν δύσιν ἔξω εἰς τὸν Ὠκεανὸν ἐπὶ τὰς Γαδεῖρους μεγάλην καὶ ἄφατον, καὶ τὰ κατοικοῦντα ἐν αὐτῇ ἔθνη μισθωσαμένους δὴ ἑ βασιλεῖς ἐκ τῆς πέραν γῆς ἐλθόντας καὶ πολεμήσαντας Εὐρώπην καὶ τὴν Ἀσίαν, καὶ μετέπειτα ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων ἠττηθέντας· καὶ αὐτὴν δὲ τὴν νῆσον ὑπὸ Θεοῦ καταποντωθεῖσαν λέγει. Τοῦτον δὲ καὶ Πλάτων καὶ Ἀριστοτέλης ἐπαινοῦσι, καὶ Πρόκλος ὑπομνηματίζει· καὶ οὗτος τὰ ὅμοια ἡμῖν λέγει, μεταπλάσας τὸν λόγον, καὶ ἀντὶ τῆς ἀνατολῆς τὴν δύσιν εἰπόν. Ἔτι δὲ καὶ αὐτὸς τῶν ἑ γενῶν μνησθεὶς, καὶ τῆς πέραν τοῦ Ὠκεανοῦ γῆς. Καὶ ἀπλῶς εἰπεῖν, εὐδηλοῖ εἰσι πάντες ἐκ τοῦ Μωϋσέως λαμβάνοντες καὶ ὡς ἴδια ἐκτιθέμενοι.

Οἱ τὰ Χαλδαϊκὰ γὰρ συγγραψάμενοι, ὡς ἀρχαιότεροι καὶ ἀνατολικώτεροι, ἐμνήσθησαν ἐν τοῖς ἑαυτῶν συγγράμμασι τοῦ τε κατακλυσμοῦ καὶ τῆς πυργοποιίας, ὁρῶντες αὐταῖς ὄψεσι τὸν πύργον καὶ τὴν κατασκευὴν αὐτοῦ· ὡς διὰ τὸν κατακλυσμὸν δῆθεν ἐπινοήσαντες αὐτοῖς καταφυγὴν καὶ σωτηρίαν ἐποίησαν ἑαυτοῖς οἱ τότε ἄνθρωποι. Ἀναγνόντες δὲ καὶ Μωσέα οἱ μετέπειτα, καὶ εὐρόντες ἀπὸ Ἀδὰμ δέκατον ὄντα τὸν Νῶε, ἐφ' οὗπερ γέγονεν ὁ κατακλυσμὸς, ἀνεπλάσαντο καὶ αὐτοὶ δέκα βασιλεῖς παρ' αὐτοῖς βασιλεύσαντας ἑτῶν μυριάδας βσμβ' ὡσπερ εἴρηται πρόσθεν. Ὡν ἐστὶν ὁ πρῶτος Ἀλώρος, τουτέστιν Ἀδὰμ· ὁ δεύτερος Ἀλάπρος, Σήθ· ὁ τρίτος, Ἀλμηδών, Ἐνώς· ὁ τέταρτος Ἀμμέων, Καϊνᾶν· ὁ πέμπτος Ἀμμεγάλρος, Μαλελεήλ· ὁ ἕκτος Δαόνος παιμὴν, Ἰαρέδ· ὁ ἕβδομος Εὐεδώραχος, Ἐνώχ· ὁ ὄγδοος Ἀμμεψίναχος, Μαθουσάλα· ὁ ἑννατος Ὀτιόρτης, Λάμεχ· ὁ δέκατος Ξίσουθρος, Νῶε. Ἐπὶ τούτου γενέσθαι λέγουσι τὸν μέγαν κατακλυσμὸν κατὰ τὸν Μωϋσέα.

Οἱ δὲ τὰ Αἰγυπτιακὰ συγγραψάμενοι, τουτέστι Μανεθῶν, καὶ Χαιρημῶν, καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Μόλων, καὶ Λυσίμαχος, καὶ Ἀπίων ὁ Γραμματικὸς, μέμνηται Μωϋσέως, καὶ τῆς ἐξόδου τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ τῆς ἐξ Αἰγύπτου. Ὡς Αἰγύπτιοι γὰρ καὶ τὰ Αἰγυπτιακὰ συγγραψάμενοι, ἀρμοδίως καὶ αὐτοὶ τὰ ἐπὶ τῶν τόπων γενόμενα διηγοῦνται· οἳ τινες καὶ διασύρουσι Μωσέα ὡς στασιάσαντα, καὶ πλῆθος τῶν ἀγυρτῶν καὶ λελωδημένων ἀναστατώσαντα, καὶ ἐκβαλόντα τῆς Αἰγύπτου· καὶ ἀπελθόντας εἰς τὸ Σίναϊον ὄρος καὶ εἰς Ἱεροσόλυμα καὶ κληθέντας Ἰουδαίους. Καὶ ἀπλῶς εἰπεῖν, Χαλδαῖοι καὶ Αἰγύπτιοι τρόπον τινά, ὡς ἀρχαιότεροι τῶν Ἑλλήνων, μαρτυροῦσι τῇ βεῖα Γραφῇ, ὅτι καὶ ὁ κατακλυσμὸς γέγονεν ὁ ἐπὶ τοῦ Νῶε,

A accidente diluvio, huc per arcam translati sunt. Hunc quippe Noe, Xisuthrum illi nuncupant. Diebus autem in annos commutatis 2242 myriadas annorum reges illos decem vixisse dixerunt; quia Moyses ab Adamo ad usque diluvium sub Noe factum 2242 annos numeravit. Similiter Timæus philosophus eodem modo terram hanc describit, eam dicens ab Oceano circumdari, ac rursus Oceanum ab ulteriore terra ambiri. Nam Atlantidem quamdam insulam versus occidentem, ultra Gades supponit esse, magnamque illam et immensam esse: narratque decem illos reges, mercede conductis in illa gente ulteriore militibus, postquam **341** Europam et Asiam debellaverant, ab Atheniensibus superatos esse: ipsamque insulam a Deo in aquis demersam fuisse refert. Hunc vero Plato Aristotelesque laudarunt, ac Proclus commentariis illustravit: ipseque nostris similia profert, mutato solum aliam in formam sermone, occidentequae orientis loco posito. Insuperque decem illas generationes memorat, necnon terram illam ultra Oceanum positam. In summa, palam est omnes ex Moyse mutuatos esse, et ut sibi propria extulisse.

Nam Chaldaicarum rerum scriptores, utpote antiquiores ac orienti propinquiores, diluvii et constructæ turris mentionem fecerunt; quippe qui ipsis oculis turrim ejusque structuram conspicerent, gnari scilicet prisecos illos homines ob immissum diluvium, ut sibi per fugii et salutis locum pararent, eam exædificasse. Illi vero posterioris ævi homines, cum Moysen legissent, ac comperissent Noe, cujus tempore diluvium contigit, decimum esse ab Adamo, decem et ipsi reges commenti sunt, qui penes se, ut ante diximus, per 2242 annorum myriadas regnum obtinuerint. Quorum primus est Alorus, id est, Adamus; secundus Alaaprus, nempe Seth; tertius Almedon, nimirum Enos; quartus Ammeon, scilicet Cainan; quintus Ammegalarus, id est Maleleel; sextus Daonus pastor, videlicet Jared; septimus Evedorachus, sive Enoch; octavus Amempsinachus, sive Mathusala; nonus Otiortes, id est Lamech; decimus Xisuthrus, videlicet Noe. Sub quo magnum diluvium contigisse narrant, secundum Moysen.

D Ægyptiacarum vero rerum scriptores, scilicet Manethon, Chæremon, Apollonius Molo, Lysimachus et Apion Grammaticus, Moysis meminerunt, necnon exitus filiorum Israel ex Ægypto. Nam utpote Ægyptii et Ægyptiacarum rerum scriptores, congruenter et ipsi quæ istis in partibus gesta sunt enarrant, qui etiam Moysen traducunt, ut qui seditionem excitaverit, ac mendicorum multorumque multitudinem sedibus moverit ac eduxerit ex Ægypto: qui in Sina montem et Jerosolymam profecti, Judæique dicti sint. Ut summam dicam, Chaldæi et Ægyptii, ut Græcis vetustiores, divinæ Scripturæ testimonium addunt, narrantes diluvium temporibus Noe immissum, turrim con-

structam, filiorum Israel exitum ex Ægypto. Græci vero iis recentiores, qui tardius litteras edidicerunt, ac procul oriente versusque occidentem sedes posuerunt, longissimis spatiis a Judæa et ab Ægypto dissiti, res hujusmodi ignorarunt, quod nec visu nec auditu illas percepissent. Quare ad hoc 342 usque tempus divinæ Scripturæ, tam Veteri nempe, quam Novo Testamento, fidem negant, et dicta ejus pro fabulis computant.

Chaldæi vero, Medi et Persæ, aliquanto ampliore notitia instructi, ex turris constructione et diluvio, necnon ex iis, quæ sub Ezechia et Jona contigerant, itemque ex captivitate, Daniele, ac tribus pueris, et partim etiam ex ipsis litteris edocti fuere. Pariterque Ægyptii ex rebus Josephi, Moysis et populi Israelitici eruditi sunt: istæque gentes erant ad suscipiendum Christianismum paratior. Imo et ipsi Græci ministerio apostolorum crediderunt, visis iis quæ ab ipsis edebantur mirabilibus. Deinde vero cessantibus signis et elapso tempore, quam multos quidem Græcos reperias qui, postquam crediderant et baptizati fuerant, deinceps in incredulitatem lapsi sunt, Novum pariter et Vetus Testamentum, id est divinam Scripturam, ignorantes; utpote qui non defixam pridem ac profundam pietatis radicem, nec fidei fundamentum habuerint. Quamobrem in scriptis suis, quemadmodum priores Chaldæi ac Ægyptii fecerant, nec diluvii, nec constructæ turris, nec exitus filiorum Israel ex Ægypto, nec primi scriptoris Moysis meminerunt; sed se superiores, sapientiores ac priores omnibus hominibus rati, tamen ex superbix tumore multa ignorabant; quare apposite Ægyptiorum quidam (61) Salomon nomine Platoni dicebat: *Græci semper pueri: nemo Græcus senex, neque cana apud vos ulla disciplina.* Imo quidam, nempe Dius et Menander, qui Tyriorum antiquitates in Græcam linguam transtulerunt, in scriptis suis Salomonis et Judæorum mentionem fecerunt: et hætenus tota propemodum Æthiopia et australes plagæ divinæ Scripturæ testimonium præbent: solique Græci qui sibi sapientes videntur, salutem ignorant suam: ac unus Timæus, jam supra memoratus (unde vero id acceperit ignoro, fortasse ex Chaldaicis monumentis), decem illos reges com-

A καὶ πυργοποιία, καὶ ἡ ἐξοδος ἡ ἀπ' Αἰγύπτου τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ. Ἕλληνες δὲ μεταγενέστεροι τυγχάνοντες, καὶ ὀψέ ποτε συγγράφειν μεμαθηκότες, καὶ τῆς ἀνατολῆς μακρὰν που περὶ τὴν δίσιν ἀπικισμένοι, τῆς τε Ἰουδαίας καὶ Αἰγύπτου πορρωτέρων διάγοντες, τὰ τοιαῦτα ἠγνόησαν, μήτε ὄψει μήτε ἀκοῇ αὐτὰ παραλαβόντες. Διὸ καὶ ἕως τοῦ παρόντος ἀπιστοῦσι τῇ θείᾳ Γραφῇ Παλαιᾷ τε, καὶ Καινῇ Διαθήκῃ, μύθους ἠγούμενοι τὰ κατ' αὐτὴν.

B Οἱ Χαλδαῖοι δὲ, καὶ οἱ Μῆδοι καὶ Πέρσαι, ἐπιστάμενοι πλέον τι ἐκ τῆς πυργοποιίας καὶ τοῦ κατακλισμοῦ καὶ τῶν συμβεβηκότων ἐπὶ Ἐζεκιίου καὶ Ἰωνᾶ καὶ τῆς αἰχμαλωσίας, τοῦ τε Δανιὴλ καὶ τῶν τριῶν παίδων ἐπαιδεύθησαν καὶ αὐτοῖς ἐκ μέρους τοῖς γράμμασιν. Ὁμοίως καὶ οἱ Αἰγύπτιοι ἐπαιδεύθησαν διὰ τῶν κατὰ τὸν Ἰωσήφ καὶ Μωϋσέα καὶ τοῦ λαοῦ τῶν Ἰσραηλιτῶν· ἐτοιμότερα ταῦτα τὰ ἔθνη γενόμενα εἰς ὑποδοχὴν τοῦ Χριστιανισμοῦ. Ἐπίστευσαν μέντοι καὶ Ἕλληνες ὕστερον διὰ τῶν ἀποστόλων, θεωροῦντες τὰ ὑπ' αὐτῶν γινόμενα θαύματα. Ὑστερον δὲ πάλιν τῶν σημείων παυσάμενων, καὶ τοῦ χρόνου διαδραμόντος, πολλοὺς μὲν εὐρήσεις Ἕλληνας πεπιστευκότας καὶ βαπτισθέντας, ἀπιστοῦντας δὲ καὶ ἀγνοοῦντας τὴν Παλαιὰν καὶ Καινὴν Διαθήκην, τουτέστι, τὴν θείαν Γραφὴν, ὡς μὴ ἔχοντας ἑκπαλαί εἰς βάθος ῥίζαν θεοσεβείας καὶ θεμέλιον πίστεως. Διὸ οὐδὲ ἐν ταῖς συγγραφαῖς ἑαυτῶν ὡς πρῶτοι ἐμνήσθησαν οἱ Χαλδαῖοι καὶ οἱ Αἰγύπτιοι περὶ τε τοῦ κατακλισμοῦ καὶ πυργοποιίας καὶ τῆς ἐξόδου τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ τῆς ἐξ Αἰγύπτου καὶ τοῦ πρώτου συγγραφέως Μωϋσεώς· ἀνωτέρους δὲ καὶ σοφωτέρους καὶ πρῶτους πάντων ἑαυτοὺς ἠγούμενοι ἐκ τοῦ τύφου τοῦ αὐτοῖς περιχειμένου τὰ πολλὰ ἀγνόησαντες· διὸ καλῶς τις τῶν Αἰγυπτίων, Σολομῶν δ' οὗτος, Πλάτωνι εἶπεν· Ἕλληνες ἀεὶ παῖδες, γέρων δ' Ἕλληνην οὐκ ἔστιν, οὐδ' ἔτι παρ' ὑμῖν χρόνον πόλιον μάθημα. Ἀλλὰ καὶ τινὲς, τουτέστι Διδὸς καὶ Μένανδρος, οἵτινες τὰ Τυρίων ἀρχαῖα μετέφρασαν εἰς τὴν Ἑλληνίδα φωνήν, εἰς τὰς ἑαυτῶν συγγραφὰς μαρτυροῦσι τῷ Σολομῶνι καὶ τοῖς Ἰουδαίοις· καὶ ἔτι σχεδὸν εἶπεῖν, πᾶσα ἡ Αἰθιοπία, καὶ τὰ νότια μέρη μαρτυροῦσι τῇ θείᾳ Γραφῇ· Ἕλληνες δὲ μόνοι παρ' ἑαυτοῖς σοφοὶ τὴν ἰδίαν ἀγνοοῦντες σωτηρίαν· μόνος δὲ Τίμαιος ὁ προγεγραμμένος, οὐκ οἶδα πόθεν λαβὼν, τάχα δὲ ἐκ τῶν Χαλδαικῶν μετέπλασε, τοὺς ἑβραίων βασιλεῖς ἐκ τῆς πέραν γῆς ἐλθόντας εἰς τὴν νῆσον τὴν Ἀτλαντίδα, ἣν λέγει καταποντωθεῖσαν, καὶ μισθωσαμένους τὰ οἰκοῦντα ἐν αὐτῇ ἔθνη, καὶ ἐλθόντας ἐν τῇ γῇ ταύτῃ, καὶ πολεμήσαντας Εὐρώπην καὶ τὴν Ἀσίαν· ὃ σαφέστατόν ἐστι πλάσμα· μὴ δυνάμενος γὰρ δεῖξαι τὴν νῆσον καταποντωθεῖσαν αὐτὴν εἶπεν ὑπὸ Θεοῦ.

D Ἀλλὰ γε οἱ προειρημένοι Ἕλληνες, οἱ ἐπὶ σοφίᾳ θαυμαζόμενοι, ὀψέ δὲ ποτε καὶ γράμματα μεμαθηκότες, καὶ νόμων ἀξιωθέντες, ἐνόμισαν ἑαυτοὺς μόνους τὴν σοφίαν ἐξωμυθρηκέναι· Ἀνκυρῆγοι καὶ Σόλωνες καὶ Τεῦχος δ' τῶν Λόκρων, καὶ πάντες οἱ λοιποὶ·

(61) Lege Solon. Verum errat Cosmas, nam id Soloni dicebant Ægyptii.

ὡς χθές καὶ πρώην πρὸς ἐκεῖνον τὸν Μωϋσέα παρα-
θαλλόμενοι φαίνονται γεγονότες· ὅπου γὰρ μηδὲ αὐτὸ
τὸ ὄνομα πάλαι ἐγινώσκετο τοῦ νόμου παρὰ τοῖς Ἑλ-
λησι· καὶ μάρτυς Ὁμηρος, οὐδαμοῦ τῆς ποιήσεως
αὐτῷ χρητάμενος. Οὐδὲν γὰρ ἦν κατὰ τοῦτον· ἀλλὰ
γνώμεις ἀρίσταις πλήθῃ διεκείτο, καὶ προστάγμασι
τῶν βασιλέων, ἀφ' οὗ καὶ μέχρι πολλοῦ διέμειναν
ἔθεσιν ἀγράφοις χρώμενοι, καὶ πολλὰ τούτων ἀεὶ
πρὸς τὸ συντυγχάνον μετατιθέντες. Λακεδαιμόνιοι
μὲν γὰρ καὶ Κρήτες ἔθεσιν ἐπαίδευσον, οὐ λόγους·
Ἄθηναῖοι δὲ καὶ σχεδὸν οἱ ἄλλοι πάντες, ἃ μὲν χρῆ
πράττειν προσέταττον διὰ τὴν νόμον· τῷ δὲ πρὸς
αὐτὰ διὰ τῶν ἔργων ἐθίζειν ὠλιγόωρησαν· οὗτοι δὲ
κάκεινοι κατὰ βραχὺ εἰς προκοπὴν σταθῆρῶν νόμων
καὶ βεβαίων ἐηλυθότες, οὐ μὴν ἐξ ἀρχῆς, ὡς ὁ πάλαι
Μωϋσῆς, καὶ γραμμάτων πείραν καὶ νόμου στα-
θῆρῶν τὸ ἴδιον ἐξεπαίδευσεν ἔθνος, λόγῳ καὶ ἔργῳ
πρῶτος ἐνδεικνύμενος τοῦ νόμου καὶ τῶν γραμμάτων
τὸ βέβαιον, ἄχρις οὗ χρόνῳ πολλῷ τὸ ἔθνος ἐπὶ τὴν
προκηρυττόμενον Δεσπότην Χριστὸν καὶ τὴν τούτου
διδασκαλίαν ὠδήγησε τῇ βεβαιότητι τοῦ νόμου ὀδη-
γούμενόν τε καὶ φρουρούμενον.

Φοίνικες οὖν τῷ ἔθνει γειτνιῶντες καὶ ἐξ αὐτῶν
μαθόντες γράμματα καὶ ἀναγραφὰς τῶν Ἑλλήνων
ἀρχαιοτέρας ἀνεγράψαντο, καὶ Ἑλληνας μαθεῖν
γράμματα παρεσκεύασαν· Κάδομος γὰρ ἀπὸ Τύρου
τὰ γράμματα λαβὼν, εἰς Ἑλλάδα μετένεγκε. Μὴ
οὖν τὰς ὀφρῦς ἀνατεινάτωσαν, ὡς τι καιρὸν τῷ βίῳ
πρῶτοι ἐφευρηκότες, παρ' ἐτέρων καὶ τὰ γράμμα-
τα καὶ τοὺς νόμους, καὶ τὴν ὑπόνοιαν τῆς σφαίρας, C
καὶ τὴν ἀστρονομίαν καὶ ἀστρολογίαν ἐρανισάμενοι.
Ὅψ' ἄρα ποτε φανέντες ἐν βίῳ, τὸν κόσμον αἰδῖον
ἐδόξασαν, παρ' ἐτέρων τὸν οὐρανὸν σφαιρᾶν ὑπονοεῖν
διδασθέντες, ὡς αὐτοὶ πρῶτοι τοῦτο δοξάσαντες, τὴν
κανόνα τῆς ἀστρονομίας ὡς ἴδιον ἐξέθεντο· παρ' ἐτέ-
ρων τὰ γράμματα διδασθέντες, συγγραφεῖς ἀρχαίους
καὶ πρώτους ἑαυτοὺς ὑποτίθενται· παρ' ἐτέρων δι-
δασθέντες νομοθετεῖν, νομοθέτας ἀρχαίους καὶ δι-
καιάρχους ἑαυτοὺς ἀνεζωγράφησαν· πλατύτητα
γλώττης καὶ κάλλος λόγου παρὰ τοῦ δοτῆρος Θεοῦ
κομισάμενοι, τῷ δοτῆρι Θεῷ ἀχαριστοῦντες τοῖς αὐ-
τοῦ λόγοις ἀπειθοῦσι, πάντα παρὰ Θεοῦ καὶ τῶν πρὸ
αὐτῶν κομισάμενοι τοὺς πάντας ἀθετοῦσι, καὶ ὡς
ἴδια σοβαρῶς σφετερίζονται. Μαχόμενοι γὰρ τοῖς
θείοις λόγοις τοῖς λέγουσιν· Ὁ στήσας τὸν οὐρανὸν D
ὡσεὶ καμάραν· ἀντιβοῶσιν οἱ βέλτιστοι λέγοντες·
Οὐκ ἔστιν οὕτως, σφαιροειδὴς γὰρ ἔστι, καὶ τοῦτο
πρόδηλον ἐκ τῶν προλεγομένων παρ' ἡμῶν ἐκλεί-
ψεων. Ἐτι δὲ ἀνάστασιν νεκρῶν ἀκούοντες κηρυτ-
τομένην ἐν αὐτοῖς, ἀδυνατοῦν τοῦτο γενέσθαι· τὸν
ὑπὸ μυρίων γὰρ σωμάτων ἐκ διαδοχῆς δαπανηθέντα,
πῶς ἐκδέχεται ἀναστῆναι καὶ ἀπλῶς εἰπεῖν, κατα-
σοφίζονται τοῦ δοτῆρος τῆς γλώττης ἀνατρέπειν
ἐπιχειροῦντες, τὰ δόγματα τῆς αὐτοῦ Ἐκκλησίας·
καίτοι οὐκ ἀμάρτυρον ἑαυτὸν ἀφῆκεν, αὐτοῖς γενέ-
σθαι ἀγαθουργῶν καὶ προνοῶν καὶ πρὸ τῆς τοῦ Χρι-
στοῦ παρουσίας τετρακόσια καὶ πρὸς ἑτη, ἐπὶ ἰσθῶ

A qui si Moysi conferantur, pro hesternis et nuperis
343 habendi : quando ne ipsum quidem legis no-
men pridem apud Græcos cognoscebatur. Testis
est Homerus*, qui in pœsi sua illo nunquam est usus.
Nihil quippe hujusmodi erat illo tempore ; verum
optimis sententiis et regum jussis populi regebantur :
quare jam olim ad multa tempora legibus non scriptis
sunt usi, ac secundum rerum eventum in iis multa
subinde mutabant. Laedemonii quippe et Cretenses
consuetudinibus, non autem verbis, erudiebant :
Athenienses vero ac fere alii omnes, quid facto
opus esset, lege præcipiebant ; ad illud vero præstan-
dum operibus ipsis assequere admodum negligebant :
verum tam hi, quam illi paulatim proficientes, ad
stabiles firmasque leges accessere ; non ab initio, ut
olim Moyses, qui et litterarum peritiam et stabilem
legem genti suæ cum verbo, tum opere tradidit,
priorque et legis et litterarum firmitatem exhibuit,
donec diuturnitate temporis gentem illam ad
Dominum Christum prænuntiatum, et ad ejus doctrinam
legis firmitate deduceret.

Phœnices igitur vicini Judæis, ab iisque litteras
edocti, vetustiores Græcis inscriptiones fecerunt,
ipsosque Græcos litteras edocuerunt. Cadmus enim
litteras Tyro desumptas in Græciam transtulit. Ne
igitur supercilia extollant, ac si priores novi quid-
piam ad vitam utile adinvenerint, quando ipsi ab
aliis litteras, leges, sphaeræ opinionem, astronomiam,
astrologiam mutuati sunt. Nam cum tardius in
mundo sese extulerint, æternum illum esse arbitrati
sunt : ab aliis instituti ut cælum sphaeram esse opi-
narentur, quasi ipsi primi ea sententia fuerint, re-
gulam astronomiæ ut sibi propriam ediderunt : ac
etsi ab aliis litteras edocti sint, sese antiquos ac
primos scriptores esse supponunt : etsi ab aliis le-
gum ferendarum modum acceperint, se antiquos
legislatôres ac juris ferendi principes deprædicant :
cum linguæ copiam ac sermonis elegantiam a mun-
ifico Deo acceperint, erga munificum Deum ingrati,
verbis ejus inobsequentes sunt : cum a Deo et ab
antiquioribus omnia sunt mutuati, universos despi-
ciunt, ac omnia ut propria sibi arroganter ascribunt.
Nam divinis sermonibus reluctantes, qui sic ha-
bent : Qui statuit cælum sicut fornicem ; illi contra
viri optimi clamant his verbis : Non ita res est,
sphaericum enim est cælum, ut ex allatis per nos
eclipsibus manifestum est. Ad hæc cum mortuo-
rum resurrectionem audiunt apud se prædicari, id
non posse fieri dictitant : nam qui per successionem
a sexcentis aliis corporibus absumptus est, qui re-
surgere possit ; ac, ut paucis dicam, linguæ largi-
torem 344 sophismatibus aggrediuntur, Ecclesiam
ejus dogmata evertere conantes : etiamsi ille pro-
viderit, ne vel ipsi Græci testimonio sui carerent ;
sed ipsis bona impertierit ac prospexerit vel ante
Christi adventum, quadringentis circiter aut plus

(*) Homerus nunquam voce νόμος utitur.

annis, sub Alexandro Macedone, longe post Trojanum bellum, Græcis tum florentibus, tunc scilicet illis bonitatis suæ indicia præbuit: exempli causa, cum Alexander Macedo Darium debellaturus Jerusalemis transiret, summum sacerdotem Judæorum, sacerdotali habitu sibi occurrentem, equo desiliens perhumaniter amplexatus est. Cum autem clientes ejus ipsum increparent, ac cur ita se gereret dictitarent, ad sui excusationem ille respondit: Mihi ex Macedonia primum proficiscenti, simili habitu quispiam in somnis visus est, qui dicebat: Exi, et vinces. Quamobrem ipse postea Deo sacrificia immolavit, multaque dona templo et regioni Judaicæ obtulit.

Deinde vero Ptolemæus, cognomine Philadelphus, cum de Judaicis libris curiose a Tryphone Phalereo sciscitatus, rei veritatem edidicisset, illos studiose perquisivit, missis ad Eleazarum sacerdotem et ad templum donis quamplurimis. Illos igitur libros accepit cum septuaginta senioribus, qui eos ex Hebraica in Græcam linguam transtulerunt, atque in ejus bibliotheca reposuerunt. Erat porro illud divinæ providentiæ opus, ut ante Christi adventum jam præparata res esset, ne temporibus apostolorum in suspicionem multis venirent, quod illi ad libitum suum prisca illa prophetarum dicta interpretarentur; tam quæ de Christo, quam quæ de vocatione gentium ferebantur. Ptolemæus autem cognomine Physcon, cum devictos ab se Judæos vellet hic, Alexandriae scilicet, immisis elephantis interficere, cum inopinanter Deus in ejus exercitum elephantorum furorem vertisset, Deum colere edoctus est, ac deinde sacrificiis, oblationibus et donariis, cum qui vere Deus est, et populum ejus, scilicet Judæos, honoravit. Alii item reges ex Macedonico imperio, Judæos ad commilitium evocarunt; alii bellum ipsis inferre molientes, imo cum eos ad multum temporis subjugassent, demum versam a Deo vicem agnoverunt, ejusque auxilium ipsis collatum experti, ab ipsis, etsi numero paucis, devicti sunt.

Θεοῦ τροπήν ἐώρων ἐνεργούσαν ἐν αὐτοῖς, καὶ ὡς νικωμένους ὑπ' αὐτῶν, ὑπὸ ἐλαχίστων καὶ εὐαριθμητῶν ἀνδρῶν.

Ne multa, bellis, miraculis, somniis, libris prius exercitabantur, ut edocti ad veri Dei cognitionem accederent; ejus videlicet quem Judæi colunt; idque ad expectationem **345** Christianismi; ita ut tempore adventus Domini Christi, multæ Græciæ gentes, apostolorum ministerio edita signa cernentes, ad fidem Christi accesserint, resurrectionem ejus, et ascensum in cælos confitentes. Nunc autem multo elapso tempore, cessantibus signis, pene in ejusdem fidei oblivionem venerunt, et ad pristinam superstitionem regressi sunt, resurrectionem hominum ex mortuis, et ascensum in cælum fieri non posse dictitantes. Quapropter eos baptismate quidem tinctos reperias, sed tamen sphaericum esse cælum opinantes, ut hinc et resurrectionem corpo-

A Μακεδόνας Ἀλεξάνδρου, μετὰ τὸν πόλεμον τὸν Τρωϊκόν, ὅτε καὶ διέπρεψαν οἱ Ἕλληνας, ἐφανέρωσεν αὐτοῖς τινὰ γνωρίσματα τῆς αὐτοῦ ἀγαθότητος· οἶόν τι λέγω· Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν παρερχόμενος τὰ Ἱεροσόλυμα πολεμήσαι τὸν Δαρεῖον ἀπερχόμενος, συναντήσαντι τῷ ἀρχιερεῖ τῶν Ἰουδαίων μεθ' οὗ σχήματος ἐφόρει, τοῦ ἀρχιερατικοῦ λέγω, κατελθὼν αὐτὸς ἀπὸ τοῦ ἵππου ἀσμένως ἠσπάσατο. Τῶν δὲ ἰδίων μεμψαμένων αὐτὸν καὶ εἰπόντων, διατί οὕτω πεποίηκας, αὐτὸς ἀπόλογούμενος ἔφη· Ἐξ ἀρχῆς ἐν τῇ Μακεδονίᾳ ἐξερχομένου μου τοιοῦτω σχήματι φορῶν ὤφθη μοί τις κατ' ὄναρ, ὃς ἔλεγεν· Ἐξέλθε, καὶ νικάς. Ὅθεν λοιπὸν καὶ αὐτὸς θυσίας ἔθυσεν τῷ Θεῷ, καὶ πολλὰ δῶρα προσήνεγκεν εἰς τὸν ναόν, καὶ τῇ χώρᾳ τῶν Ἰουδαίων πολλὰ ἔχαρίσατο.

B Μετέπειτα Πτολεμαῖος, ὁ ἐπικλητὴν Φιλάδελφος, περιεργασάμενος καὶ μαθὼν παρὰ Τρύφωνος τοῦ Φαληρέως (51) περὶ τῶν Ἰουδαϊκῶν βιβλίων σπουδαίως ζητήσας παρὰ τῷ ἀρχιερεῖ Ἐλεαζάρῳ, ἀποστείλας δῶρα πολλὰ καὶ τῷ ναῷ καὶ τῷ ἀρχιερεῖ. Ταύτας ἐδέξατο σὺν ὧν πρεσβυτέροις, οἱ τινες καὶ ἀπὸ τῆς Ἑβραϊδος γλώττης μετέφρασαν εἰς τὴν Ἑλλήνων γλῶτταν, καὶ ἐν τῇ ἰδίᾳ βιβλιοθήκῃ ἀνέθηκαν. Ἦν δὲ καὶ τοῦτο θείας προνοίας ἔργον, ἵνα πρὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας προητοιμασμένον ἦ, καὶ μὴ ὕστερον γινόμενον ἐπὶ τῶν ἀποστόλων ὑποπτον γένηται τοῖς πολλοῖς· ὡς πρὸς τὸ κεχαρισμένον ἑαυτοῖς ἐρμηνεύσαντες τὰ παρὰ τῶν προφητῶν πά-
C λαι εἰρημένα, περὶ τε τοῦ Χριστοῦ καὶ τῆς κλήσεως τῶν ἐθνῶν. Ὁ Φύσκων πάλιν Πτολεμαῖος νικήσας τοὺς Ἰουδαίους καὶ βουλόμενος αὐτοὺς ἐνταῦθα τῇ Ἀλεξανδρείᾳ ἀπολέσαι διὰ τῶν ἐλεφάντων, παραδόξως τοῦ Θεοῦ ἀντιστρέφαντος ἐπὶ τὴν αὐτοῦ στρατιάν τὸν θυμὸν τῶν θηρίων, σέβειν τὸν ἐν αὐτοῖς Θεὸν ἐδιδάσχετο, τιμαῖς γεραίρων καὶ θυσίαις καὶ προσφοραῖς ἀναθημάτων τοῦ λοιποῦ αὐτὸν τὸν ὄντως ὄντα Θεὸν καὶ τὸν αὐτοῦ λαόν, τουτέστι, τοὺς Ἰουδαίους. Καὶ ἕτεροι τῶν τῆς Μακεδονικῆς ἀρχῆς γινόμενοι βασιλεῖς συμμάχους τοῖς ἰδίοις προσεκαλοῦντο· ἄλλοι δὲ καὶ πολεμεῖν αὐτοῖς προηρημένοι, καὶ ἐπὶ ἱκανὸν χρόνον δουλωσάμενοι, ὕστερον τὴν τοῦ πρὸς βοήθειαν αὐτῶν διεγειρομένην, καὶ ἑαυτοὺς ἀνδρῶν.

D Καὶ ἀπλῶς εἰπεῖν, διὰ τῶν πολέμων καὶ τῶν παραδόξων καὶ τῶν ἐνυπνίων καὶ τῶν βιβλίων προεγυμνάζοντο, διδασκόμενοι τὸν ὄντως ὄντα Θεόν· τοῦτον οὖν ὃν Ἰουδαῖοι σέβονται, ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐτοιμότεροι γένωνται πρὸς ὑποδοχὴν τοῦ Χριστιανισμοῦ· ὥστε καὶ ἐπὶ τῶν καιρῶν τῆς ἐπιδημίας τοῦ Δεσπότης Χριστοῦ, διὰ τῶν ἀποστόλων πολλὰ τῆς Ἑλλάδος ἔθνη θεωροῦντα τὰ σημεῖα, τῇ πίστει τοῦ Χριστοῦ συμβέβηκεν, ὁμολογοῦντα τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνοδόν. Νυνὶ δὲ χρόνου πολλοῦ διαδραμόντος, καὶ τῶν σημείων παυσάμενων, ὡσπερ λήθην τινὰ ἔλαβον ἐκείνης τῆς πίστεως, καὶ ἐπὶ τὴν προτέραν ἀνέδραμον δεισιδαιμονίαν, ἀδύνατον εἶναι λέγοντες ἀνάστασιν ἐκ νεκρῶν ἔσεσθαι ἀνθρώπων, καὶ ἀνοδὸν ἐν τῷ οὐρανῷ. Διὰ τοῦτο καὶ



(51) De Tryphone Phalereo, vide in Præfatione.






βάπτισμα μὲν αὐτοὺς εὐρίσκεις ἔχοντας, καὶ τὸ σφαι-
ρικὸν σχῆμα ἔχειν τὸν οὐρανὸν δοξάζοντας, πρὸς τὸ
τὴν ἀνάστασιν τῶν σωμάτων ἀθετηθῆναι καὶ τὴν
ἀνοδὸν αὐτῶν τὴν ἐν τῷ οὐρανῷ. Τούτους ὡς ἐπὶ τὸ
πλεῖστον παρ' Ἑλλήσι καὶ μόνοις εὐρήσει τις φιλο-
σοφουμένους, τοὺς λόγους καὶ τὰς ἐκλείψεις ὡς ἐπι-
σφαιρικοῦ σχήματος προβαλλομένους ὡς θεῖόν τι
μάθημα· εἰς δὲ καὶ ἀπατῶνται καὶ ἀπατῶσι. Διὸ καὶ
ἡμεῖς ἐπὶ τὰ σχήματα καὶ τοὺς τόπους τοῦ παντὸς
κόσμου, καὶ τῶν ἀστρῶν τὴν περιφορὰν ὀρμήσαντες
καὶ ἀντιστρατευσάμενοι πρὸς αὐτοὺς ἐκ τῶν θεῶν
τούτων πάντων καὶ.... :

Arum, et ascensum eorum in cœlos inficientur. Hos
quavis hac de re, eo quo dicimus modo, philoso-
phantes passim reperiat, ac eclipses objicientes, ut
hinc sphæricam esse cœli figuram, ac si divinum
dogma sit, comprobent : qua in re et ipsi decipiun-
tur et alios decipiunt. Quamobrem nos, allatis
schematibus, totius mundi loca et astrorum circu-
larem motum delineantibus, ex divinis Scripturis
adversus eos pro virili disputavimus, ut ex his
omnibus ostenderemus***.

Γραφῶν κατεγράψαμεν, δεικνῶναι σπεύδοντες διὰ







PRIMÆ TABULÆ EXPLICATIO.

1. In prima figura, Ἀδούλη, sive Ἀδοῦλις urbs, (nam utroque modo vocatur a Cosma) exhibetur : quæ miliaribus duobus a Rubro mari distans, ad orientem Axumis sita erat. Quare Æthiops Aduli Axumin iter habens Æthiopico cultu depingitur. Sella deinde Ptolemaica, qua forma fuisse narratur a Cosma, delineatur. Ea vero undique litteris insculpta postremam tantum inscriptionis partem adjectam habebat. Inscriptio autem illa, in lapidea tabula e regione posita inchoabatur, ejus ab ima parte frustulum cum litteris exciderat. Supra lapideam tabulam rex ipse Ptolemæus Evergetes militari cultu depingitur, ut in codice comparet. Hæc fusius explicata videsis col. 102 et seqq.

2. In secunda fig. cœli terræque forma delineatur, secundum Cosmæ et veterum Patrum opinionem : qui putabant terram, quasi pavementum substratam, muris undique claudi, ipsosque muros ad immensam usque sublimitatem erectos, demum in fornicis morem convolvi, firmamentumque parti illi in fornicem fastigiatae substerni, ita ut illa beatorum sedes esset. Sub firmamento autem solem, lunam et astra moveri putabant, montemque conicum immanis altitudinis in septentrionalibus terræ partibus erigi : ac ubi sol, circularem supra terram cursum perageas, pone montem esset, tunc noctem hominibus terram incolentibus esse ; contra vero diem esse cum sol ex adversa nobis montis parte lucret : ac similiter de luna et stellis ratiocinatur Cosmas. Vide col. 171 et seqq.

Fig. 3. universi, videlicet cœli terræque prospectum, qua parte strictiora sunt exhibet : nam putabat Cosmas terram quadram et oblongam esse ; ita ut longitudo latitudinem media sui parte superaret : eodemque modo de cœlo opinabatur. Vide ibid.

Fig. 4. Montem conicum et terram, itemque solem et lunam sub firmamento representat. E lateribus vero columnas cœli, cum inscriptione in exemplari posita, οἱ στύλοι τοῦ οὐρανοῦ, columnæ cœli. Quas columnas secundum Cosmæ sententiam esse arbitror muros illos qui e lateribus a terra ad usque cœli fornicem eriguntur.

Fig. 5. terræ vestigium et ἔχνογραφίαν, completitur. Ubi advertas conjectare Cosmam, montem illum conicum præaltum, officere, quo minus terra nostra a parte septentrionali recta linea claudatur ; quia radices ejus, ex illo latere rotundæ, quasi magnum promontorium in Oceano efficiunt.

Fig. 6. rudem exhibet terræ planitiem, qualem

passim Cosmas explicat. Nam putabat ille, ut supra diximus, terram oblongam esse, ac duplo majore longitudine quam latitudine : Oceanumque universam terram ambire, ut hic representatur. Ultra Oceanum vero aliam esse terram, ad cœli muros undique pertingentem. In latere autem orientali hujus transmarinæ terræ, hominem creatum fuisse arbitratur, ac ibidem paradisum voluptatis esse situm, qualis hic ad orientalem oram describitur : ex paradiso pulsos primos parentes ad finitimam terram, ad oram maris positam, se recepisse. Hinc superveniente dilavio Noe cum filiis in hanc quam incolimus terram arca deportatum fuisse. Quatuor paradisi flumina in paradiso scaturientia, subterraneis meatibus Oceano trajecto, in hanc nostram terram ferri autumat, ac certis in locis denuo erumpere. Hyrcanum vero mare putat Oceano jungi : quæ, uti alibi commonstravimus, veterum quorundam sententia fuit.

Fig. 7. illius cœli terræque compositi, quod, ut veteres æstimabant, mundi machinam totam conficiebat, formam representat, cum monte conico superius memorato : terram autem nostram quam habitamus, devexam semper a septentrione ad meridiem esse putabat Cosmas Ægyptius. Verum objicit sibi Cosmas : Qui potest illa tanta moles cœli et terræ nullo nixa stare, quin ad imum semper deprimatur ? Respondet ille : Terra quidem, utpote natura gravis imum petit ; igneæ vero partes sursum tendunt. Cum igitur cœlum et terra ita conjuncta sint ut divelli nequeant ; et aliud sursum, aliud deorsum tendat : neutro alteri concedente, tota machina immota et suspensa manet.

Fig. 8. montem conicum ex aversa terræ parte representat, quo cum sol pervenerit, nox incolis terræ efficitur. Ibidem autem lineis notantur conversiones solis, unde variae fiunt anni tempestates. Cum ergo sol ad infimam lineam pervenit, tum longiores noctes sunt, fitque hiberna anni τροπή sive conversio ; sol vero majorem cursus sui partem pone montem absolvit : cum autem ad mediam montis lineam sol ascendit, tunc æquinoctium efficitur, solque cursum peragens suum ad æquinoctialem lineam pervenit : cum denique ad supremam lineam sol pertingit, tunc æstiva conversio adest, et sol ad usque tropicum pervenit. Hæc secundum Cosmæ opinionem, qui conversiones solis his vocibus designat, μεγάλη νύξ, μέση νύξ, μικρά νύξ, ut vides in tabula.

SECUNDÆ TABULÆ EXPLICATIO.

Exteriorum astronomorum opinionem, ut refutet Cosmas, Ptolemaici systematis de cœlo figuram depingit, cum duodecim zodiaci signis, additis ad

singula mensium nominibus Ægyptiis atque Romanis. Nam etsi ante subactam a Romanis Ægyptum, annus popularis Ægyptiacus perpetuo vagaretur, ut

qui mensis aliquando in hieme numerabatur, intercurrentibus annis, in vere, æstate, autumno gradatim curreret, donec pristinum repeteret locum, parem denuo cursum confecturus, quia videlicet intercalares dies non observabant, accepto demum Romanorum jugo, sublatisque Antonio et Cleopatra, annum suum ad Juliani modum redegerunt. *Ab illo tempore, inquit Petavius, deinceps vagari popularis eorum annus desiit: sed intercalationis freno revocatus est quarto quoque anno pristinam in sedem. Caput hujus, sive Neomenia Thoth, hæsit in Romani Augusti die 29, qui Decollationi sancti Joannis hodie dicatus est. Mensium eadem, quæ in vago, descriptio: nam tricenarii sunt singuli; ex hisque 360 dies conficiuntur, quibus quinque adduntur in fine epagomenæ: quasi curtus mensis, et cum bissextilis est annus, eæ sex numerantur. Intercalant autem Alexandrini non eodem anno, quo Romani, sed proxime antecedente, ut ex Ambrosii epistola 83 colligitur, in qua scribit anno 76 Diocletiani pascha celebratum esse 28 Pharmuthi, ix Kal. Maii, sive Aprilis 13, etc.*

In altero circulo minore, ut sphaeræ opinionem derideat Cosmas, homines quatuor adversis vestigiis sphaeræ insidentes exhibet, in vacuisque spatiis hæc adjicit, Ὁρθίου ὄντος τοῦ σχήματος τοῦ ἀνθρώπου, κατὰ ταυτὸν, οἱ δ' ἰστάμενοι πῶς οὐκ εἰσὶν ὀρθιοὶ, ἀλλ' ὅπου δ' ἂν στρέψῃς αὐτοὺς, οἱ δ' οὐκ εἰσὶν ὀρθιοὶ; Πῶς οὖν δυνατὴν δέξασθαι τὰς ταύτας ψευδεῖς ὑποθέσεις; πῶς δὲ πάλιν εἰς τοὺς τέσσαρας κατὰ ταυτὸν δύναται ὑετὸς γενέσθαι; Ὡπερ οὖν ἡ φύσις καὶ ὁ νοῦς οὐ παραδέχεται, τί μάτην ὑποτίθεσθε; Hoc est, *Cum figura hominis recta sit, qui fit ut quatuor illi eodem tempore stantes, recti non sint; sed quocumque vertas eos, quatuor illi simul nunquam recti videantur? quomodo ergo fieri potest, ut vanas illas mendacesque hypotheses admittamus? Quomodo rursum fieri potest, ut eodem tempore pluvia in quatuor illos decidat? Quod ergo nec natura nec mens nostra admittere potest, id cur frustra supponitis?* Sic Cosmas hic et passim in *Topographia Christiana*, ut et multi alii etiam ex SS. PP. qui nec gravitatis centrum, nec astronomicas observationes callebant.

TERTIÆ TABULÆ EXPLICATIO.

1. In prima figura exterorum Atticorum (nam sic ille vocat, οἱ ἐξῶθεν Ἀττικοὶ) formam et cultum depingit Cosmas, qualis suo tempore in usu erat. Exteros vocat ille quotquot alienæ religionis erant. Occasione autem Hyperidis et Menandri Atticorum, quorum loca affert col. 203 A, hanc ille figuram exhibuit.

In fig. 2 ἡ κοσμοφόρος κιβωτός, *mundifera arca* repræsentatur, qualis a Cosma depingitur col. 231 B.

Fig. 3 exteriorem tabernaculi formam et ejus apparatus exprimit: exterior junctis asscribus firma consistebat, ut hic repræsentatur. Tabernaculum vero totum duas in partes dividebatur, in exterius videlicet et interius tabernaculum. In exteriori tabernaculo erat ἡ τράπεζα, sive mensa panum propositionis; λυχνία, seu candelabrum; ῥάβδος, id est, virga Aaronis; στάμνος, id est, vas aspersionis: αἱ πλάκες, nempe duæ tabulæ in quibus Moyses scriptam legem accepit; ὄφις, id est, serpens ille æneus in deserto conflatus. Exterius tabernaculum ab interiori dividebatur καταπετάσματι, seu velo. In interiori autem tabernaculo erat ἡ κιβωτός, sive arca testimonii, cujus hic ἰχνογραφία exhibetur; et Ἁγία ἁγίων, *Sancta sanctorum*; quæ omnia minutatim describuntur a Cosma col. 203 D.

Fig. 4. τὰ σχεπάσματα τῆς σκηνῆς, *vela templi* exhibet, superne cærulea, inferne rubra. Hinc et inde ἀγκύλαι et κρίκοι, legis ἀγκύλαι ansulæ erant, κρίκοι circuli ex altera parte adunci, quo ansulis insererentur et vela simul jungerent. Vide *ibid.*

In quinta figura, candelabrum tabernaculi, et mensam panum propositionis repræsentat Cosmas. Candelabrum vero dicitur, λυχνία ἑπτάμυξος, *candelabrum sive lucerna septem ellychniorum*, qua item voce usus Epiphanius est. Καυλὸς est *scapus candelabri*: hinc καρυτῆχος, *nucula*, sive globulus tornatilis in medio scapi: deinde σφαιρωτῆρ κρατῆρ, *crater sphaericus* in ipso scapo, et κρίνον, *lilium*, cujus folia hinc et inde panduntur: suprema candelabri pars calamiseis ultro citroque tribus absolvitur, qui cum supremi scapi parte septenarium ellychniorum numerum perficiunt, et ut arbitratur Cosmas, septem hebdomadæ dies adumbrant: vide col. 210. Τράπεζα sive mensa panum propositionis, secundum Cosmam est figura terræ: quam ille similitudinem pluribus explicat, *ibid.*

In sexta figura habetur ἡ κιβωτός τοῦ μαρτυρίου, *arca testimonii*; et Ἰλαστήριον propitiatorium arcæ impositum, duo item cherubini: omnia uti Cosmas fuisse ex sacræ Scripturæ dictis colligebat, et uti suo tempore existimabatur. Hinc et inde vero Zacharias et Abias sacerdotes depinguntur. Vide col. 211.

In septima, atrii tabernaculi exteriorem faciem repræsentat, nec non varios sagorum et velamentorum colores, ut Cosmæ pictura exhibet.

In octava, exterioris tabernaculi ordo depingitur; nimirum primo mensa panum propositionis, qui panes duodecim numero, terni ad quatuor mensæ angulos locantur. Duodecim vero panibus ait Co-

smas subindicari duodecim anni menses, quaterno autem trium panum ordine, quatuor anni temperates ternorum mensium singulas. Exinde vero cætera in exteriori tabernaculo asservata delineantur, nempe candelabrum, vas aspersorium, duæ legis tabulæ, et serpens æneus.

In nono schemate, habes sacerdotis vestitum et cultum. Et ut qualis sacerdotis adversi aversique cultus fuerit, repræsentet, binas figuras edidit: ad primam vero hæc scripsit, Ἄαρὼν μέγας ἀρχιερεὺς ἐμπροσθοφανής, *Aaron magnus princeps sacerdotum a fronte conspectus*; in altera vero, Ἄαρὼν μέγας ἀρχιερεὺς ὀπισθοφανής, *Aaron magnus princeps sacerdotum a tergo conspectus*. Ille autem omnes

sacerdotalis amictus partes exhibentur, quales describuntur, col. 211 D.

In decima figura, triplicem statum exhibet, cælestium, terrestrium et infernorum; cælestes et beatos in supremo cælo, quod supra firmamentum est degere putabat, ut sæpe dictum est; ἐπίγειοι homines in hac vita versantes, secundum locum occupant. Deinde vero καταχθόνιοι, sive mortui in terra Ægyptiaco more sepulti depinguntur. Secundum autem et tertium statum pro uno, terrenorum videlicet, computat. Vide col. 385, itemque 207.

In undecimo schemate Melchisedecum regio cultu delineatum habes, qualem depinxit Cosmas cum de sacerdotibus ageret, col. 211 et seqq.

QUARTÆ TABULÆ EXPLICATIO.

1. Cyclum duodecim mensium, fructuumque mensibus singulis nascentium delineavit Cosmas: qua de re agit ille superius, col. 566, nec ingratas sane physiologis edit observationes. In eo igitur, quem primum notat, mense Pharmuthi, scilicet Aprili, nascebantur in Ægypto σκόροδα, videlicet *allia*. In mense Pachon, Maio nempe, κίνναι, *cinnæ*, genus leguminis. In Payni, Junio scilicet, κάρυα Ἀρμένια, *nuces Armeniacæ*, quarum hic formam depingit. In mense Epiphi, Julio, σῖτος κοπύμωρα, frumentum nempe, et aliud κοπύμωρα dictum, vitiato forsitan nomine, pro συκόμωρα. In Mesori, Augusto nempe, σύκα σταφύλια, quæ, si sit schemati credendum, fructus unius generis indicant: at quia hoc tempore ficus simul et uvæ matureseunt, utrumque fortassis intelligas. In mense Thoth, Septembri, ἐλαιορίδακνα, ignotum nobis fructus genus. In mense Phaophy, Octobri, φοίνικες, id est, *palme*, sive palmarum dactyli. Athyr, sive Novembri mense, ἀσπαράγια, *asparagia*. Choiae sive Decembri mense, μαλάχαι, *malvæ*. Tybi sive Januario, ἐντύβιαι, idem, ut puto, quod *intubus hortensis*. Mechir sive Febuario, Ἀγλάτια, quod quidam sit ignoratur. Phamenoth, id est, Martio, Κίτρα: id vero quid sit perinde nescitur. Horum omnium schemata ut in antiquissimi Cosmæ codicibus habentur ne minimo quidem immutato, exhibuimus.

2. Rhinocerotem fuse describit Cosmas, col. 442, ubi videsis.

3. Ταυρέλαφον, taurocervum, ibidem descriptum habes.

Καμηλοπάρδαλις, camelopardus, hodie dicitur, *la girafe*, de quo superius, *ibid.*

4. Ἀγριόβους, bos agrestis, de quo miraarrantur, col. 443.

6. Μόσχος, moschus, *le musc*, ex cujus sanguine conficitur suaveolens ille pulvis, qui perinde dicitur *le musc*, *ibid.*

7. Μονόκερωσ, unicornis, *la licorne*. Animal hujusmodi nusquam exstare suspicantur hodie bene multi. At cum RR. PP. Jesuitæ Lusitani qui diuturnas in Æthiopia moras fecerunt, eadem narrent quæ Cosmas noster Ægyptius, quem ipsi nec unquam legerant, nec exstare putabant; non est quod unicornes esse dubitemus. Aiunt autem RR. PP. Jesuitæ, se non vidisse modo, sed etiam tenellum unicornem educasse domi. Cosmas vero qui ea quæ de unicornem narrat se ab incolis edidicisse testificatur, quatuor unicornium æneas statuas in ædibus regis Æthiopicis se vidisse refert. Cæterum cornua quæ in cimeliarchio Sandionysiano, et alibi passim visuntur, non Æthiopicæ unicornis, sed marini cujusdam esse compertum est.

8. Χοιρέλαφος, porcus cervus, cujus schema hic habes, memoratur col. 453. Aprum esse arbitror, ut hac figura exprimitur.

9. Ἴπποπόταμος, hippopotamus, notissimum animal, *ibid.*

10. Piperi arborem descriptam habes, *ibid.*

11. Κάρυα Ἰνδικά, *nuces Indicas*, sive ἀργέλλια memorat Cosmas, *ibid.* Hodieque apud Persas *nargel* vocantur: nos autem *cocos* dicimus. Liqueur vero ille suavissimus ex Indica nuce promanans, quem ronchosuram appellari narrat, *souram* et *oracca Souram*, ab hodiernis incolis vocariarrant Europæi qui in Indiam peregrinati sunt.

12. Φώκη, phoca, seu vitulus marinus apud Homerum celebratus, a Cosma memoratur ibidem, qui ejusdem carnes se comedisse testificatur: hujusce vero animalis forma nescio an uspiam alias depicta fuerit.

13, 14. Ibidem vero testudinem et delphinem depingit ipse.

15. Elephantem Indicum hic exhibet Cosmas, cujus dentes ad tantam molem crescere ait, ut subinde ab incolis resecentur, ne tanto pondere graventur elephantibus. Vid. col. 447.